ANTIFABER SEU RESPONSA AD EA, QUAE P. PHILIPPUS FABER IN GYMN. PATAU. PUBLICUS...

Thomas Muscarius

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
16 — D
39 H

42 43
B B
33 16

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTIFABER

Seu Reſponſa ad ea,

QVÆ P. PHILIPPVS FABER
In Gymn. Patau. Publicus Theologiæ interpres
aduerſus Thomiſtas,

Cum primis vero contra P. XANTES MARIALES
nouiſſimè obiecit:

In quibus plura dogmata, quæ inter D. Thomam, & Scot. exagitari ſolent, breuiter diffiniuntur, ac explicantur.

AVCTORE
THOMA MVSCARIO
Presbytero Theologo.

SVPERIORVM PERMISSV.



Bibl. Secr. Coll. Soc. Iesu

VENETIIS. M DC XXIV.

Apud Variſcos.

SAPIENTISSIMO
atque Reueren.
ADM. P. MAGISTRO FRATRI IOANNI MARIAE BONONIENSI
Ordinis Prædicatorum

Prouinciæ vtriuſq; Lombardiæ Prouinciali meritiſſimo, necnon vniuerſis eiuſdem Prouinciæ ſtudioſis Patribus.

THOMAS MVSCARIVS
vtramq; felicitatem precatur.

PRODIERE his proxime elapſis menſibus Controuerſiæ P. Magiſtri F. Xantes Mariales magno litteratorum hominũ plauſu exceptę, vix tamẽ lucem aſpexere, cum eis tenebras offundere P. Philippus Faber nõnullis editis conſiderationibus ſub Iordani Muſcatelli nomine conatus eſt. An vero ex voto ſucceſſerit, veſtrum præſertim Doctiſſimi Patres, & illorũ qui prǽfatas Controuerſias, aut meam hanc lucubratiunculam excurrerint, erit iudicium. Sane Marialis doctrina alterius patrocinio non indiget, Thomiſtica enim cum ſit, iam ad

omnes ictus q[illegible] ali[illegible] [illegible]ar vnguenti quo amplius refri-
catur, eo olet vehementius, & veluti ignis quo plura obie-
ctorum ligna addiiciuntur, eo magis augeſcit, ac ſplendet.
Cęterum quoniam prefatas Controuerſias non omnes for-
tè ad manus habebunt, in illorū gratiam reſpondendi pro-
uinciam libenter ſuſcepi. Vobis autem Religioſiſſimi Pa-
tres, meum hunc qualemcunque laborem dicare conſtitui,
tùm quod ego licet palàm habitum veſtrum non geram,
animo tamen gero, ita ſum egregie in veſtram familiam
animatus; tum quod audiui doctrinam Thomiſticam (pro
qua depugno) apud vos pręcipue glorioſe exponi, atque de-
fendi, tum demum quod ſignificatum mihi eſt Patrem Ma
riales Præceptorem meum ſuam iuuentutem inter vos exe-
giſſe, litteras, mores, & quidquid in eo boni eſt (à quo fonte
vnà cum obligatione ebibi & ego totum quod ſum, ſi quid
ſum) affluenter comparaſſe; vnde vna ſolutione geminum
debitum ex parte extinguere videar. Suſcipite igitur Patres
Sapientiſſimi munuſculum hoc (& ſi leuidenſe) in aliquale
grati animi ſignum, & me inter deuotiores veſtros habete.

Venetiis Die 29. Iulii. 1624.

IOANNES CESLAI
POLONI
IN MVSCATELLVM,
Sales aliquot Epigrammatici.

I.

PARVA quidem tamen apta viro dat nomina Muſca
Mus Muſcatello dat meliora tamen.
Spicula ſi muſcis temeraria, & iſte proterue
Prouocat, ac pro alio cæcus in arma ruit.
Si quando muſcæ turbent ſua prandia, penna
Has Muſcatellus verſi colore, tenet.
Mus contra fugit arma miſer, ſedeſq; ciboſq;
Et breue ſub terris pacis amicat iter.
Muſcula muſcarum ſemper tamen infima, plebem
Mus Caſtellanus nobilitate prait.

II.

DVM ruis in Xantem mordacis more Catulli,
Vel melius dicam, ceu rabioſa canis.
Muſcatulus fueras, quid mirum, natus in ipſos
Morſus, quos catulus, quoſue Catullus habet.
Ignotus fueras, poteras homo doctus haberi,
Nunc tua te rabies prodidit eſſe nihil.

Dum

III.

DVM tua vis fieri quæcunq; Fauentia ſcribit
Muſcatule, & doctus dicier inde cupis.
Sic mihi doctus eris? demens cornicula demens
Alterius calamis conſita riſus eris.
Siccine tu doctus fortaſſe videberis vlli?
Sic mihi ſus quam tu doctior eſſe poteſt.

IIII.

FAMA refert Fabrum quoſdam ſcripſiſſe libellos
In Xantem, ſed ſub nomine Muſcatuli.
Cur? operæ puduit, Muſcatellumq; videri
Malluerat quam ſe deſipuiſſe Faber.
Cur? ſua non ſua vult dici Faber omnia. Forſan
Nec Fabrum dici ſe volet ille breui.
Nomina ne fallant, falſus Muſcatule libros
Carpere iam noli Xantis & ede tuos.

V.

QVIS mihi te demens in prælia miſit inermem
Muſcatule? an ſtolida ſponte ſub arma venis?
Cum te neſcieram nunquam concurrere tecum
(Parce precor) poterat collibuiſſe mihi.
Nunc quia me læſus tueer vehementius, inquis,
Non licet hoc. Quid quod tu facis ipſe licet?
Emeritos patiare ſales. & ludere nobis
Fac liceat licuit ſi fabriſare tibi.

CVM

V I.

CVM ſua vel parua figant bene ſpicula muſcæ,
Quæris an & Xantem muſca catella petat?
Non omni ſtimulo flecti Mauortia norunt
Pectora, non quouis flectitur vngue leo.
Muſcatum Xantes voluit colludere muſcis,
Muſcarum dominos enecat ipſe viros.

V I I.

NIL facit ad magnum niſi vis Scotiſtica Xantem
Vilia difficilis vir hic in arma venit.
Quo tua contorques viliſsima ſpicula pauper
Quo tua contorques ſpicula Muſcatule?
Scilicet à magnis ad ſe deſcendere Scotis
Xantes, & Collum frangere vile feret.
Deſperanda tibi eſt prætenſi gloria fati
Non potes hoc vilis præda ſub hoſte mori.

V I I I.

INVEHIS in Xantem, quia longa volumina ſcribit,
Et quia trita nimis Muſcatuline meus.
Non hæc trita quibus neſcis reſcribere quidquam,
Nec ſunt longa, quibus nil potes eximere.
Ipſe nihil ſcribis, credo nec ſcribere poſsis,
Tu mage trita facis, tu breuiora facis.

I X.

QVIS neſcit Fabrum voluiſſe reſiſtere Xanti,
Sed cur vix aliquid ſcripſerit ille rogas?
Vir quidam Caſu Reſcripta ſub incude vidit,
Et nihil aduertit cum ratione premi.

Mu-

Muſcatulus prælo fertur rapuiſſe libellum
Vt ſumma reliquum cum ratione premat.
Nil opus eſt verbis, gratis concedo, ſed heus tu
Decipias alios, iam mihi notus eris.

X.

MVSCATVLVS voluit prorſus reſcribere Xanti.
Annum, ſed foliis confecit ille tribus.
Viue diu Xantes. Foliis tribus extrahis annum,
Omnia te toto ſæcula conficies.

THOMÆ MVSCARII PRESBYTERI THEOLOGI,

Ad Iordanum Muſcatellum Oeconomum

PRÆFATIO.

LEgi Iordane Muſcatele Fabriles conſiderationes in tuo nomine emiſſas, in Controuerſias P. Xantes Mariales: probrorum pleniſſima ſunt, & iniuriarum, ſed certè iniuria in hominem, tam inſignem, tam modeſtum, tam immeritum: & opinabaris forſan hunc Patrem hoc tuo ſtrepitu verborum, ſeu potius verberū (ſunt enim tuę linguæ verbera) vlla ex parte commotum? falleris: didicit ille iampridem cōponere mentem ad magnę virtutis opus, & vt puſilli nimis, & miſeri hominis eſſe cenſet repetere mordentem, ceu mures, & formicæ, quibus ſi manum admoueas, ora ſtatim conuertunt, ſic Chriſtiani, & religioſi pectoris eſſe noſcit, iniurias ęquo animo perferre. Sed enim quoniam nemo non agnoſcit in officina Phylippi Fabri fabrefactas has conſiderationes. ſtylus ſiquidem apertiſſimè id demonſtrat, & palam omnibus eſt; ipſum papyrum dediſſe Typographo pro opere imprimiendo, ſeptem Libras in quodlibet folium perſoluiſſe, & ex trecentis exemplaribus confectis, centum ſibi accepiſſe inter amicos diuidenda, relictis ducentis alijs ipſi Typographo, & de tuo Muſcatele nihil eſſe niſi nomen, & fortaſſe conuitia (handquaquā. n. perſuadere mihi poſsū Fabrū virū ſenē & religioſum, tāto cū ſęculi ſcandalo, in tā obſcura conuitia, contra illud Euang. Qui dixerit fratri ſuo, Fatue, reus eſt gehennæ ignis: in Mariales Sacerdotē Domini excanduiſſe, ſeu potius furiaſſe.) Ego qui reſpondendi prouinciā ſumpſi pro eo quo teneor amore veritatis a meo Pręceptore dilectiſſimo Xātes Mariales traditę, et fato quodā felici meo ſortitus ſū Muſcarij nomē ad abigendā muſcā ab alieno cibo, ad quē aduolat hoc inſectū, ut noſti, non poſſum non tibi dicere: Apage Apage procul ò Muſcatele, ad tuā reuola Oeconomiam, & conuitia tua tecum ſint: & ſi enim ſexcenta occurrant, quæ perbellè poſſent afferri ad retaliandas iniurias (vt illud, 1. Reg. 10. nunquid, & Saul (qui à Patre ad conquirendas Aſinas miſſus fuerat) inter Prophetas? nunquid & Oeconomus inter Theologos? & illud Diui Baſilij ad Culinę Imperatorię pręfectum nomine Demoſthenem, en Demoſthenem illiteratum vidimus, Demoſthenes tuum eſt inſculorum curare condimenta, & non ſacroſanctis dogmatibus commiſceri, en Muſcatellum dolio fuſum vidimus tuum eſt Oeconome Muſcatele Oeconomiæ ne dicam culinę ratiocinijs intereſſe, non diſputationibus, a quibus uti non pro tuis dentibus ad Oeconomiam tot abhinc annis animum applicaſti:) ſed glorioſius eſſe cenſeo cum Gregorio iniuriam tacendo fugere, quam reſpondendo ſuperare, nec ſum immemor Magni Picci Mirandulani, qui indicto Romę literario conflictu, multis laceſſitus iniurijs, iniurijs digladiari noluit, ſed Apologetico Libro id quod res erat agens, ſtrenuè pugnauit, & uicit. His igitur ommiſſis; cum uero Fabro iſtarum conſiderationū mihi res ſit. Venio ad ſingula puncta, ſeu conſiderationes, in quo rei cuiuslibet cardo uertatur explicabo. An ſcopum attigerim in aperienda ueritate facile erit proſpicere; ſi Faber áquieuerit, benè; ſin autem; ſcribat centies, centies reſcribam, ex meo nihil adferam, totum ex Mariales erit, ut uel hinc appareat eius doctrinę ueritas, iuxta illud 4. Phyſ. diffinitio eo uerior, quo facilius difficultates explodit; idcirco, & ordinē quē ille tenuit, ſeruabo; & phraſim ipsā eius loquēdi quoad potero imitabor.

CONTROVERSIA I.

Solidè nè probat D. Tho. ultra ſcientias naturales eſſe neceſſariam aliam doctrinam reuelatam? rectè ne eius probationes Mariales tuetur ab impugnationibus Scoti, & Fabri?

D. Thom.

CONcluſio. D. Thom. rectè probat quantũ in titulo, Mariales egregiè diſſoluit Scoti obiecta in contrarium. quæ Faber replicat in ſua prima conſideratione nihil valent. Priores partes aſſerti vide per extenſum declaratas, & probatas apud Marialẽ. Controuer. 1. ſuccus probationis D. Tho. eſt. homo eſt ſupernaturaliter ordinatus ad viſionem Dei trini, vt ad finem vltimum, proprijs actibus acquirẽdũ, ergo indiget illum cognoſcere, & ad illum prædiſponi. per ſcientias naturales neutrum obtinere poteſt, iuxta illud, nec in cor hominis aſcenderunt quæ præparaſti diligentibus te, & illud forma & diſpoſitio, finis, & media debent eſſe eiuſdem ordinis, ergo vltra ſcientias naturales neceſſaria eſt alia doctrina ſuperior reuelata.

Scotus.

Reclamat Scotus: hic diſcurſus (inquit) deficiens eſt, quia non probat, ꝙ aſſumit, nimirum hominem ad finẽ ſupernaturalem ordinari, & per notitiam naturalem ad ſuum vltimũ finẽ non ſufficienter diſponi.

Mariales.

Accurrit Mariales: non tenebatur, D. Tho. probare id quod Scotus contendit, quia illud eſt vnũ ex principijs fidei, & in qualibet facultate prima principia ſupponuntur, non probantur; nihilominus probauit auctoritate ſcripturæ, quę eſt demonſtratio Theologica apud Catholicos, apud quos tantùm procedũt Theologorum diſcurſus in hoc propoſito, ſecundum Scotum ipſum in prologo.

Remurmurat Faber. At neſciens quò aliò fugere, chimerizatur, rationem ꝙ Scotus impugnat, Faber nõ eſſe D. Thomæ, eſto Scoti marginiſtæ, vt D. Thomæ, eam notent: Mariales facit euidentiam, quod illa eſt, D. Th. vt videre eſt apud illum, vbi ſupra. Cum ergo diſputationis ſeries expoſtularet, vt Faber ſi apologizare volebat probaret contrà Mariales, D. Tho. obligatum fuiſſe probare, & non probaſſe; id quod Scotus contendit, prætermiſſo hoc puncto principali in quo totus Controuerſiæ cardo vertebatur, declinat mira dexteritate ad impugnandũ illud verbuſculũ, quod Mariales obiter dixit (ſi Faber attentius legiſſet D. Thom. non negaſſet rationem quam Scotus impugnat eſſe D. Thomæ) verum, & circa nugas has, quàm acutè ſe gerat videamus, quæ erat vltima aſſerti pars.

Satisfit obiectis, quę in Fabri pręfatione continentur.

1. Obiectio.

OBijcit ergo primum Marialem ſuperbè in medio cuiuslibet Cõtrouerſiæ ſelectis literis imprimi feciſſe proprium nomen.

Solutio. D. Auguſt.

Peccas Faber cõtra regulas D. Auguſt. interpretans ſiniſtrè, quod rectà intentione geſtum eſt, non ex ſuperbia actum eſt, quod dicis, ſed ne multiplicitas doctrinarũ confuſionem pareret, vnde ne dum ſuum, verùm & tuum, & aliorum oppoſitorum nomina literis ſelectis imprimi curauit, quod ipſum feciſſe cum Thoma Anglico plerosq; alias exploratiſſimum eſt.

2. Obiectio.

Obijcit ſecundo, Marialem integrũ volumen conſumpſiſſe circa quæſtiones proemiales, & tres vel quatuor alias dũtaxat iam in ſcholis tritas, & abſoletas.

Solutio.

Et in hoc Faber immeritò Marialem repræhendis, nihil. n. pertractat, quod & a te prius pertractatũ non ſit, vt facile eſt perſpicere; tũc ſic; aut illa abſoleta ſunt, aut nõ? ſi ſic, cur ea pertractaſti tu? Si non, cur abſoleta vocas, vt Marialem carpas? qui profitetur cum Mariales ſuper vniuerſam Theologiã ſcribere, de omnibus ediſſerat, neceſſe eſt, maximè cum circa ea quæ in abſoleta vocas, multa ſcripta ſint à Neotericis, & præſertim à te

(pace

(pace tua dictum ſit,) quorum pleraq; explicatione, alia correctione, & demum alia confutatione opus habent, veritas tamen eſt, in Mariales Controuerſijs exagitari illuſtriores difficultates, quæ circa totam materiã de abſolutis moueri ſoleant, exceptis his, quas ipſe ad alia loca remittit, quarũ loco alias nõ minus illuſtres ſuſtituit, vt de vti, de frui, de veſtigio, de imagine, & ſimilibus. his autem tẽporibus vix eſt qui ſcribat, qui circa materiam de abſolutis, integrum volumen non conficiat, & quomodo quæſo poterat non tantiſper excreſcere volumen in quo impugnatoribus quibuſcunq; doctrinæ D. Th. occurritur ea vbertate, copia, ac claritate (breuitati inimica) qua à Mariales fit? maximè relatis impugnatorum rationibus ad verbũ pro maiori lectorũ ſecuritate, vt ille facit?

3. Obiectio. Obijcit tertio. Marialis volumẽ cõtinere Ironias, ſcomata, & riſus, in viros illuſtres, & præſertim in Fabrum.

Sit qui Marialem excurrat, & iudicet,
Solutio. ſanè in ſua præfatione conteſtatur ſe opinantes venerari, opiniones autem contrarias propulſare, & ſi ei ex calamo aliquid exciderit, quod nõ omnibus placeat, contra opiniones, non cõtra opinantes dictum accipiendum, & quis vnquam fuit (quantalibet ſanctitate excellens, qui in opinionibus cõtrarijs repellendis, aliquando vocabulum, riſus, ſtultitiæ, proteruiæ, & ſimilia non miſcuerit? da mihi verſatũ in operibus ſanctorum Patrum, & præ-
D. Hieron. ſertim D. Hieronymi, & nouit quod dico. Moderata acrimonia, & temperata mordacitas confutationi ſpiritũ
Ariſtot. præbet, vnde Ariſt. 4. Eth. poſuit inter partes virtutis Eutropeliæ bene conuitiari, ideſt intra terminos modeſtiæ, vt fecit Mariales, intra quos, an calamũ, & linguam Faber cõtinuerit, qui eius conſiderationes legerit, imò ipſemet, poſtea quam irę ardor deferbuerit iudices ſint.

4. Obiectio. Obijcit quarto, Marialem tantum apparatum feciſſe controuerſiarum, vt cum tremore eas legerit ne ex ictibus tormentorum membrum aliquod ei abſcinderetur: An apparatui res reſpõ- Solutio.
derit, aliorum non tuum Faber (qui Marialem inſeſum profiteris) erit iudicium. Marialis ſcopus fuit impugnatoribus quibuſcunq; doctrinæ D. Thom. reſpondere: quæ autem tu in Thomiſtas aglutinaſti, tam minutim cõminuit fregit, ac diſſipauit, vt in Apolegeticis tuis conſiderationibus, quid contra replicares non habueris, vnde rationibus deſtitutus ad conuitia confugiſti, & vbi apolegizantium more ſingula, quæ contra te ſcripta fuerant expendere, ventillare, atque propulſare debebas (quæ fuit in te neſcio ſi dicere debeam parcitas, deſteritas, timor, an deſperatio) dimiſſis grauioribus ad leuiora, & ad illa (etiam ſolum turmatim & compendioſe) impugnanda te totum dediſti, indicans tuo ſilentio te confirmare, vt bene impugnata, & exploſa à Mariales omnia quibus nihil reſpondiſti. Proinde (quod ad te attinet) apparatui controuerſiarum, res pleniſſime ſucceſſit; Neque erat cur timeres: doctrina enim Thomiſtica, quam Mariales docet, non membra hominibus amputat, ſed errores corrigit, ignorantiã pellit, proteruos confundit, intellectũ illuminat, & alia id genus multa præſtat, quæ & te lucratum fuiſſe non pigebit.

Et cum adiungis ingreſſum limina te competiſſe globos Mariales inanes, & tormenta paleam, non tela vibrare, & ſelectis literis inſculum (parturient montes; & naſcetur rediculus mus) quales, quales ſint Mariales globi atque tormenta, hoc ei ſatis, quod tua dogmata ita fregerit diſſoluerit atque proſtrauerit, vt in apolegeticis cõſiderationibus quas feciſti, nihil replicaueris (qui noſtra hęc legerit iudex erit) quod vel obulum valeat, & ſi attentius introſpexiſſes, reperiſſes montium partum, non murem fuiſſe, ſed mure aliquid longe vilius nempe muſcã imò muſcatellam (hoc enim nomine tuas conſiderationes condeco-

raſti)& cum proteſtaris te non adducturum, nec impugnaturum omnia, quæ Mariales ſcribit, quia times ne papirus,& atramentum te deficiant, vulgaris hic Rhetoricæ color tuum defectum haudquaquam tegit, apud prudentes enim exploratum eſt,vel te nullatenus calamum admouere debuiſſe ad ſcribendum, vel ſi admouebas,omnibus, quæ tibi obiecta fuerũt omninò reſpondendum fuiſſe;deſperatio, ergo valendi ſatisfacere omnibus tibi obiectis, non timor penuriæ atramenti,& papiri (quæ tam inutiliter,& ſcandoloſe, in contumelijs con triuiſti)ad leuiora(à quibus apparentius effugium ſperaſti) Fabrilem calamum reſtrinſere;ſed hæc puerilia ſunt ad grauiora. (Si tamen graue aliquid protuliſti) pergamus.

Obiecta contenta in prima Fabri conſideratione diluuntur.

1. Obiectio. PRogreditur Faber. Septem errata, inquit,ò Mariales committis, Primò promittis verba aduerſariorũ proferre,vt iacent,& tamen id non obſeruas; diminutè enim illa refers, & aſtutè Silles,quæ tibi obſunt,vt lectorem decipias, & nec etiã ſummatim, doctorum ſententias refers fideliter (probat hoc Faber adhibitis multis textibus quos prætermitto, quia vno verbo oẽs explanãtur) Solutio. Et circa has leuiſſimas nugas Faber tantũ papiri, & attramenti inſumis; quæ dubitabas tibi de futurà ſi ſingula Marialis dicta referebas,& impugnabas? ſi à nugis exordiris reliquũ ſcriptionis quale ſperandum erit? iuxta illud reſpõdebũt nouiſſima primis, ſed audi.

Solutio.

Promittit Mariales ſe relaturũ verba non omnia, ſed illa dumtaxat in quibus impugnationum vis conſiſtit, ſi enim hac adhibita diligentia, conquereris eius volumen nimium excreuiſſe,ſi retuliſſet omnia quid feciſſes ? expendantur textus à Fabro relati videbitur ſenſus, & ſuccus impugnationum Scoti contra D. Thomam in verbis conſiſtere, quæ Mariales retulit, quod, ſ. D. Tho. probare debebat hominem eſſe ordinatum ad felicitatem ſupernaturalem, & per cognitionem naturalem ad illam non ſufficienter diſponi, & tamen neutrum probauit; ideò relatis præfatis verbis,retulit Mariales quantum referre promiſit, reliqua autem,quæ Faber oſtendit ſe adieciſſe,& non fuerunt a Mariales relata, non præiudicat Marialis fidelitati, quia non in eis vis impugnationum conſiſtit,vt patet.

Deinde pergit Faber. Erras ſecundo Mariales,quia quæris iurgia;Faber enim negat ſolum rationem D. Tho. adductam prima parte non impugnari à Scoto, tu autem niteris oſtendere impugnari,& tamen clarum eſt Scotum impugnare rationem,quæ a Marginiſtis illius adſcribitur D. Tho. prima parte,& reuera non ibi, ſed in prologo Sent. habetur,ergo. Solutio. Marginiſtæ, ergo Scoti ſecundum tuũ documentum Faber cęci, & falſarij fuerat,referunt enim, vt traditum p.par. quod non ibi,ſed 1.Sent. traditur,& ſic,vt vnam tuam ridiculam phantaſiam tuearis nõ curas tuos cõſcotiſtas (quantumlibet illuſtres) toti mundo infideles prædicare;ſed veritas eſt illos fideliter retuliſſe, quæ retulerunt, & quę tu ſcribis eſſe mera ſomnia, vt ſtatim demõſtrabitur, ſed interim dic mihi obſeruaſti ne? 2. Obiectio. Solutio.

Marialem totam ſuam deciſionem fundaſſe in ratione D.Thom.quæ habetur prima parte, quam Scoti marginiſtæ notant à Scoto impugnari, tu contra tuos conſcotiſtas negas illam impugnari;vobis ergo Scotiſtis digladiantibus circa fundamentum poſitionis ſuæ,quomodo nõ debebat Mariales accurere,& litem veſtram diffinire?& tu loco gratiarum,ei improperas,quod errat, quod iurgia quærat? ah Faber lepidius, lepidius cum amicis.

Tertio errat (inquit Faber) Mariales, quia ineptum ſe facit defenſorem Scoti, primum .n. dicit rationem D. 3. Obiectio.

Tho-

Thomæ eſſe etiam ipſius Scoti, deinde aſſerit Scotum eam rationem impugnare, & ſic facit Scotum ſeipſum deſtruere.

Solutio. Credebam Faber tuam ſcriptionem incepiſſe à nugis tendituram ad grauiora. Sed comperio illam (ignoſſe queſo) ire ſemper indeterius, non obſeruaſti in titulo quod Mariales profitetur ſe defenſurum Scotum vbi ab Aquinate non diſſidet; in propoſito autē diſſidet quia eum impugnat, vt patet, ergo nō tenebatur eum defendere, & de facto eum non defendit imò impugnat & impugnatio conſiſtit in hoc, quod deducit illū ad inconueniens quod ſcilicet, impugnando Scotus D. Thomam, ſeipſum impugnet, quia ratio qua D. Thomas probat Theologiæ neceſſitatē, in ſubſtantia eadem eſt cum ratione qua Scotus eādem neceſſitatem probat vt oſtendit Mariales conu. 1. cap. 2. ergo impugnando illam Scotus ſeipſum impugnat; tu autem Faber bello non aſſuetus tela paleā & impugnationes defenſiones appellas.

Et quod riſu dignius eſt, videns fractam Scoti impugnationem exibillas victori Mariali, quod ineptum ſe Scoti defenſorem exhibeat, & non aduertis vir prudens, quod dum niteris oſtendere M. Marialem facere Scotum impugnare ſeipſum probas incaute, id quod Mariales probare contendit.

An rationes quibus D. Thomas probat Theologię neceſſitatem prima partę & p. ſen. ſint eędem, uel diuerſa, & quam earum Scotus impugnet.

4. Obiectio. PErgit Faber. Errat 4. inquit (Mariales quia vult rationem D. Thomæ impugnantem a Scoto eſſe illam, quæ habetur 1. p. & tamen non eſt illa, ſed eſt quę habetur primo ſent. quā Mariales ipſe confitetur eſſe aliam ab illa, ergo benedicit Faber rationem impugnatam a Scoto non eſſe quæ habetur 1. parte ſed quæ habetur primo ſent. & male Mariales hoc negat; quod autem ratio, quæ habetur 1. p. & quæ habetur 1. ſent. ſint rationes diuerſæ, & Mariales hoc concedat, probat Faber multis textibus, quos quia neceſſarij non ſunt prætermitto.

Non cernis Faber te tibi contradicere primum adducis, rationem D. Thomæ ſub illamet forma, qua formatur 1. parte & dicis eam recidere in idem cum ratione impugnata a Scoto, (quam aſſeris haberi in D. Th. primo ſent.) poſtea vt a Mariales te defendas dicis, quod quando negas rationem impugnatam à Scoto eſſe D. Tho. non negas abſolute eſſe D. Thomæ; ſed eſſe quæ habetur 1. p. quia nō 1. p. ſed 1. ſent. habetur: ſic argumentor ratio D. Thomę a te formata, quā dicis recidere in idem cum ratione impugnata a Scoto) eſt ratio quam D. Th. tradit 1. p. ſed ratio impugnata a Scoto per te, eſt illa quam, D. Tho. tradit in ſent. ergo iſtæ rationes ſecundum te ſunt eædem, ergo impugnando Scotus vnam impugnat & aliam, ergo contradictorie contra tuos conScotiſtas & ſeipſum negas rationem impugnatam à Scoto eſſe rationem D. Th. 1. par. Solutio.

Maior propoſitio prob. proferendo in medium verba Fabri in prol. diſput. 5. cap. 2. verſus finem num. 3. quæ ſunt huiuſmodi. Adducit (inquit) rationem quæ aſcribitur D. Thomæ 1. p. q. 1. art. 1. in ſolutione principali, & tamen non eſt D. Thomæ, & vt inefficacem reprobat eam Scotus, rō aūt D. Thomæ eſt hæc. homo ordinatur ad Deum tanquam ad finē ſuum, ſed homo naturaliter non cognoſcit hunc finem, & tamē eſt neceſſaria cognitio finis iſtius ad hoc vt illum cōſequi poſſit, ergo eſt neceſſaria cognitio ſupernaturalis per quam illum apprehendat, quæ ratio coincidit cum prima ratione Scoti. Lege lector D. Tho. 1. p. q. 1. art. 1. in corp. & inuenies hanc eandem rationem ſub hāc eadem forma ibi tradi, & tamen Faber dicit illam recidere in idem cum ratione impugnata à Scoto, ergo vera eſt

pro-

propoſitio maior aſſumpta, quod ſecundum Fabrum ratio D. Th. 1.p. recidit in idem cum ratione impugnata à Scoto.

Minor autem quod .ſ. Faber dicat, rationem impugnatā à Scoto eſſe illā quæ habetur 1.ſent. prob. proferendo in medium verba Fabri hic conſid.1. fol. 6. ad finem, quæ ſic habent, luce clarius, inquit, apparet quod ratio impugnata à Scoto eſt ratio D. Th. in 1. ſent.& non quæ habetur 1.p. ſequitur ergo concluſio intēta nimirum, quod tibi ipſi contradicis Faber.

Contradictio in Fabro.

Quod autem comminiſceris Marialem concedere rationem, quæ habetur 1.p. eſſe aliam à ratione, quæ habetur 1.ſent. impertinens eſt, etenim ſiue illæ rationes eædem ſint ſiue diuerſæ, hoc ſatis eſt, quod tu cōtra quę Mariales arguit, adducis rationem impugnatam à Scoto ſub forma eadem, ſub qua formatur 1.p.& dicis eamq; recidere in idem cum ratione quæ habetur 1.ſent. vt oſtenſum eſt, ergo bene dicit Mariales te falsò negare rationem impugnatam à Scoto eſſe D.Th. 1.p. vbi ſupra & te tibi ipſi contradicere, veritas tamē eſt rationes in ſubſtantia eſſe eaſdem & differre ſolum ſecundum quid, propter quod Mariales aſſeruit illas eſſe alias probationes, & nō dicit eſſe probationes diuerſas.

Ratio p.1. aſſumit pro medio, quod homo ordinatur ad finem ſupernaturalem ſupernaturaliter neceſſariò cognoſcendum, ratio. 1.ſent. aſſumit pro medio quod homo ordinatur ad finem ſupernaturalem, ad quem de ſe eſt indiſpoſitus & indiget paulatim diſponi: ecce in ſententijs idem aſſumitur quod & 1.p. & additur illud de indiſpoſitione, ergo illæ rationes ſunt eædem ſimpliciter & differūt ſecundū quid, ex quo conſurgit nouum argumentum contra Fabrum, concedis ò Faber rationem impugnatam à Scoto, eſſe D.Tho. 1.ſent. ergo velis nolis concedere habes eſſe & quæ traditur 1.p. ratio .n. 1.ſent. continet rationē 1.p. & addit ſupra illam vt prædeclaratum eſt ergo affirmas, & negas, & tibi ipſi contradicis vt ſupra.

Quid diſcriminis ſit inter rationes quibus D.Th.& Scotus Theologię neceſſitatem probant.

PRogreditur Faber. Errat (inquit) 5. Mariales, nam vult diſparitatē quam Faber adducit inter rationem D.Th. (quæ eſt illa, quæ habetur 1.p. & non illa quæ habetur 1.ſent. vt Xantes confundit) eſſe, quod .ſ. probatio D.Th. aſſumit formaliter hanc propoſitionem; homo ordinatur ad fœlicitem ſupernaturalem proinde debebat eam probare, ratio autem Scoti non formaliter aſſumit, ſed ſupponit præfatam propoſitionem, ideo non tenebatur eam probare, & tamen non eſt hæc diſparitas quam Faber adducit, ſed hæc medium immediatum rationis Scoti eſt, quod homo procedens lumine naturali errat circa cognitionem ſui vltimi finis, quia ponit illum eſſe ſpeculationem abſtractiuam ſubſtātiarum abſtractarum, quam habet pro hoc ſtatu, (quod tamē eſt falſum) medium autem rationis D.Th. immediatum eſt, quod homo ordinatur ad finem ſupernaturalem, & licet etiam Scoti ratio ſupponat vltimum finem hominis eſſe Deum clarè viſum, tamen non aſſumit hoc pro medio, ſed potius illud probat (licèt probatio apud Phil. non valeret) rō aūt D.Th. aſſummit pro medio, quod Deus, vt tranſcēdit omnem capacitatem creatā, eſt finis hominis, quod probat per auctoritatē ſcripturæ, quæ apud Phil. non vrget, ſubinde petit principium, ergo falſo refert Mariales quod refert. 5. Obiectio.

Sol. Si cū Mariales pugnare vis mi Faber, adminus, tibi ipſi cōſentias; nōne proximè dicebas contra Marialē, quod qñ negas rationem impugnatā à Scoto eſſe rationem D. Thomæ, non negas abſolutè eſſe D.Th. ſed eſſe, quæ habet 1.p. quia eſt q̄ habetur 1.ſent. itē non ne paulo ſuperius dicebas rationē Solutio.

D.

2. Confut. D.Th. recidere in idem cum ratione impugnata a Scoto (quā demonſtratū eſt & ſimpliciter, & ex tuis conceſſis eſſe illam quæ habetur 1.p. immo illā quæ habetur 1.p. & quę habetur 1.ſen. eſſe eandem ſimpliciter rationem, & non differre niſi ſecūdum quid) quomodo ergo dicis nunc, te ponere, diſcrimen inter ratione Scoti, & rationem D.Thom. quæ habetur 1. p. non

3 Confutat. quæ habetur 1.ſent.? adhæc aut rationes quibus DD. probant doctrinæ reuelatæ neceſſitatem procedunt apud Philoſophos aut apud catholicos, ſi apud Philoſophos, ergo falsò dicit Scotus in prol.q. 1. parum a principio lit. B. procedere apud Catholicos, non apud Philoſophos, ſi apud Catholicos, ergo impertinenter ad Philoſophos, recurris tū Faber dicens, quod Philoſophus negaret D.Th. illā maiorem (homo ordinatur ad finē ſupernaturalem) & impertinentius adhuc reprehendis D.Thomam, quod in ſuo diſcurſu apud Philoſophos principiū petat, D.Thomæ n. diſcurſus procedit apud Catholicos, apud quos eſt vnū ex primis principijs fidei hominem ordinari ad finem ſupernaturalem, principia autem in qualibet facultate ſupponuntur non probantur.

4. Confut. Item quādo dicis medium aſſumptum à Scoto eſſe quod omni agenti propter finem neceſſaria eſt cognitio diſtincta finis, & homo per lumen naturæ non habet cognitionem diſtinctam ſui finis: interrogo de quo fine loquitur Scotus? de naturali, an de ſupernaturali hominis? ſi de naturali, ergo diſcurſus eius impertinēs eſt tū apud Philoſophos, tū apud Catholicos, apud Catholicos quidem, quia ipſi loquuntur de fine ſupernaturali, apud Philoſophos vero quia ad finē naturalem nō pretendunt eſſe neceſſarium ſimpliciter aliud lumen quam naturale (fine, & mediis debentibus eſſe eiuſdem ordinis quod, & Theologi concedunt) ſi autem loquatur de fine ſupernaturali, quæ dementia maior? quam vel apud purū Philoſophū negantem omnia ſupernaturalia de fine ſupernaturali ſermonem contexere? vel apud Catholicum probare ad finem ſupernaturalem eſſe neceſſarium aliquid ſupernaturale, per medium naturale?

Item, dic mihi Faber quando aſſeris Scotum in ſuo diſcurſu ſupponere vltimum finem hominis eſſe Deum clare viſum, & probare non aſſumere hoc vt medium (licet probatio apud Philoſophum non valeret,) qua ratione probat hoc Scotus? ratione naturali an ſupernaturali? ſupernaturali nō, quia tu ipſe confiteris fo.8. ad finem, Scotum probare hoc per rationem ferè naturalem, nimirū ex eo, quod certum eſt Philoſophum ponere vltimā felicitatem in cognitione abſtractiua ſubſtantiarum ſeparatarum, quam conſtat quaſi naturaliter non eſſe vltimum finem noſtrum, cum deſiderium noſtrum in ea non quieſcat, ſi autem ratione naturali, quomodo apud Philoſophos valeret, apud quos non valet niſi, quod lumini naturali innititur? qualis, ergo ponderis mi Faber erit Scoti diſcurſus, ſi nec apud philoſophos, nec apud Catholicos vrget? 5. Confut.

Item dicis Scotum non aſſumare, ſed ſupponere, & quaſi naturali medio probare, Deum clarè viſum eſſe vltimum hominis finem; vnquam nè legiſti eſſe iniurium fidei, qui ſupernaturalia ratione naturali probare contendit? quia indicat nos talibus diſcurſibus non conuincentibus ingenium victos ſupernaturalia credere, & ſic tam ſupernaturalia, quam credētes illa, infidelium riſui exponit? quomodo, ergo, vt Mariali contra eas, tuū præceptorem fidei iniurium reddis? concludamus, ergo rationem D. Thomæ, & Scoti apud philoſophos non procedere, ſed ſolū apud Catholicos: Diuum Thomam aſſumere hominem ordinari ad felicitatem ſupernaturalem, quod probat auctoritate ſacræ ſcripturæ, quæ eſt demōſtratio Theologica, proinde demonſtratiue probare 6. Confut.

re

te intentum: Scotum contra aſſumere, vel ſupponere vltimum finem hominis eſſe ſupernaturalem, & probare hoc (vt tu dicis) ratione quaſi naturali, proinde, vel impertinenter, vel ad ſummum probabiliter probare ſuum intentum, idcirco ratio D. Thomæ eſt incomparabiliter profundior, & verior ratione Scoti, & immeritò Scotus cum aſſeclis eam impugnat.

An D. Thomas, & Scotus tenerentur probare in ſuis diſcurſibus hominem ordinari ad finem ſupernaturalem.

6. Obiectio. ADiungit Faber. Errat Mariales 6. quia imponit Fabro, quod aſſerat Scotum non teneri probare hominem eſſe ordinatum ad finem ſupernaturalem, quia id in ſuo diſcurſu non aſſumit formaliter, D. Thomã verò obligatum fuiſſe id probare, quia id formaliter aſſumpſit, & tamen Faber non habet hæc verba, nec formaliter, nec virtualiter, ſed oppoſitũ aperte: dicit enim ſic (ſed tamen abſolutè non accipit in ratione hanc propoſitionem, homo ordinatur ad finem ſupernaturalem, ſed probat quod ſequẽdo lumen naturæ erraret circa hunc finem hominis, & hoc ſufficit) ecce non dicit Faber, quod Scotus non teneatur probare, ſed ait, quod probat, & probatio eſt, quod homo ſequendo lumen naturæ, errat circa finem ſuum vltimum, neque ſcit illum inueſtigare, proinde neceſſe eſt eius finem eſſe ſupernaturalem non naturalem, quia ſi eſſet naturalis, illum inueſtigare ſciret, ergo mẽdax, & ignarus Mariales.

Solutio. Solutio certè Faber incidis in ſcillã dũ vis vitare Chariddẽ, audi patiẽter, aut vis Scotum aſſumere illam propoſitionem in ſuo diſcurſu (homo ordinatur ad felicitatem ſupernaturalem) aut non ſi ſic, quomodò ergo proximè dicebas fol. 7. quod ratio Scoti (verba tua formalia) ſupponit vltimũ finẽ hominis eſſe Deũ clarè viſum; ſed non aſſumit hoc pro medio abſolutè; ſed aliud medium: probatio autẽ D. Th. contra aſſumit pro medio hominem ordinari ad finem ſupernaturalem? ſi autem non aſſumit, quorſum nunc laboras oſtendendo Scotum probaſſe, quod probandum non aſſumpſit? alterum horum elige, vel quod dicendo Scotum non aſſumpſiſſe formaliter illud medium (homo ordinatur ad fęlicitatem ſupernaturalem) indicaſti illum non fuiſſe obligatum id probare, & ſic in tuis verbis virtualiter continetur id, quod Mariales ex te retulit, vel ſi Scotus fuit obligatus hoc probare, vt tu nunc indicas, doctores obligãtur probare id quod in ſuis diſcurſibus probandum non aſſumunt, quod apud ſummuliſtas nõ admittitur, veritas, ergo te, quoquò vis in laqueum incidis.

Item aut Scotus tenebatur probare hominem ordinari ad finem ſupernaturalem, aut non? ſi non, ergo perperam ſubindicas nunc oppoſitum, & fideliter retulit Mariales, quod retulit, ſi ſic, ergo fatua eſt probatio quã adducis ex Scoto; dicis enim Scotum probare vltimum finem hominis eſſe ſupernaturalem, quia ſequendo lumen naturæ errat circa finem vltimum, & neſcit illum inueſtigare, proinde finis eius vltimus ſupernaturalis eſt nõ naturalis, quia ſi naturalis eſſet, ſciret illum inueſtigare; dic mihi Faber eſt ne vniuerſum verum omne naturaliter cognoſcibile, naturaliter actu cogni? ſi ſic, ergo deleat Ariſtot. ſuum documentum 1. Poſt. quadraturam circuli eſſe naturaliter ſcibilem, & tamen nõdum penetratam; quod ipſum dicunt alij de confectione veri auri, & alijs ſimilibus naturaliter cognoſcibilibus, & tamen nondum penetratis, ſi non quomodo, ergo valet tua conſequentia, ſi finis vltimus hominis eſſet naturalis, homo naturaliter ſciret illum inueſtigare? nõ ne eſſet ſtultitia digna baculo arguere: homo neſcit penetrare quadraturam circuli, nec quomodo fulgur remanẽte vagina illęſa enſem in cineret, & alia id genus naturæ occulta opera, ergo omnia hæc ſunt ſu- 2. Confut.

per-

pernaturaliter cognoſcibilia? qua ergo catena non erit dignus calamus, qui ſcribit finem hominis neceſſario eſſe ſupernaturalem, quia ſi naturalis eſſet naturaliter inueſtigari poſſet.

An D. Tho. rectè probet hominem per naturalem cognitionem non ſufficienter diſponi ad finem ſupernaturalem, & Mariales exactè eum defendat à Scoti, & Fabri obiectis?

7. Obiectio. TAndem errat Mariales, inquit Faber, in defenſione ſecundæ rationis D. Thom. Scotus enim probat illã eſſe inefficacem, quia erat probandum hominem non ſufficiẽter diſponi per cognitionem naturalem, Mariales autem laborat oſtendere D. Thom. probaſſe cognitionem reuelatam, eſſe diſpoſitionem proportionatam homini ad gloriam pro ſtatu viæ, quia vtræq; notitiæ ſunt eiuſdem ordinis, quis iam nimis cæcus eſt, ait, qui non videat hoc non eſſe ad propoſitũ? ratio Scoti non petit an cognitio reuelata in via diſponat hominem ad cognitionẽ claram, (de hoc enim nullum verbũ) ſed petit an cognitio naturalis ſufficienter diſponat hominem ad ſuum vltimum finem pro ſtatu iſto, quem ſolum philoſophi nouerunt, & probãda erat pars negatiua, & hæc non probatur; ſed probatur ſolum, quod cognitio reuelata eſt proportionata diſpoſitio ad viſionem gloriæ, ideo &c.

Solutio. Solutio. actum eſt de te Mariales, alium defenſorem quære, tuum defectum nemo niſi cæcus non videat ſed audi tu, qui Argum. te iactitas, Eſtne verum vniuerſim philoſophorum documentum, finem & media, formam & diſpoſitionem debere eſſe eiuſdem ordinis? ſi non, claudant philoſophi ſua Gymaſia, & viuat in æternum victrix Fabri officina; ſi ſic, ſuppoſito finem vltimum hominis eſſe ſupernaturalem, quomodo exploratum non remanet cognitionem naturalem nequire eſſe ſufficientem diſpoſitionem ad illum; ſed ſolum cognitionem reuelatam? quomodo probando D. Th. ſolam notitiam reuelatam (quia eſt eiuſdem ordinis cum fine ſupernaturali) eſſe ſufficientem diſpoſitionem ad illum, non probat conſequenter cognitionem naturalem (quia eſt ordinis inferioris) non ſufficienter ad illum diſponere? per regulam communẽ, ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, & negatio negationis? quomodo non cæcus Faber hoc non cernens? quomodo non impertinens improperando D. Thomę, quod non probauerit, quod tam apertè probauit? in forma ergo ad ſingula.

Quæris quis tam cæcus, qui non videat à dicto te Fabrum eſſe talem cæcum qui in diſcurſu nuper facto nõ cernis, quod quæris. Ratio Scoti (adiungis) nõ petit an cognitio reuelata ſit diſpoſitio, ſed an cognitio naturalis ſufficienter diſponat hominem ad vltimum eius finem pro hoc ſtatu, quem ſolum philoſophi nouerunt; Dormis Faber? 2. Confut. non ne fol. 7. 8. & 9. ſæpius inculcas diſcurſum tuum D. Thomam Scoti aſſumere, vel ſupponere vltimum hominis finem eſſe viſionem Dei trini, & Scotum hoc probare quaſi naturali medio, ex eo quod in nulla alia cognitione (etiam ipſius Dei habita in hoc ſtatu) appetitus quieſcit? quomodo ergo dicis nunc, hic agi de diſpoſitione ſufficiente ad vltimum finem hominis pro hoc ſtatu cognito à Philoſophis? nunquid hominis poſſunt eſſe plures fines vltimi? quorſum ad Philoſophos recurris, ſi Scotus in Prol. tõ teſtatur Theologorũ diſcurſus in hoc propoſito apud Catholicos non apud Philoſophos procedere? hic mi Faber nõ probatur cõtra Philoſophos Theologiam eſſe neceſſariam; ſed ſoluitur argumentum, quo Philoſophi probãt eam neceſſariam, ad cuius diſſolutionem non tenetur Theologus aliquid probare, ſed ſufficit ſi neget neganda, arguentis enim eſt probare quę aſſumit

Contradictiones Fabri cum Scoto, & ſeipſo.

mit non reſpondentis, ad quem perti- net diſtinguere, & negare, ab re ergo ſunt omnia quæ coaceruas.

4. Confut. Probandum erat (adiungis) notitiã naturalem non ſufficienter diſponere hominem ad finem vltimum cognitum à Philoſophis, & non quod ſola notitia reuelata ſit diſpoſitio proportionata ad gloriam, quia dicet Philoſophus ſua parum referre, quod notitia reuelata ſit diſpoſitio ad gloriam, quando naturalis notitia ſufficienter hominem diſponit ad vltimũ finem illi cognitum. Quid chimerizaris Faber? iam dixi hic non probari contra Philoſophos doctrinam reuelatam eſſe neceſſariam, ſed ſolui argumentum quo illi probant non neceſſariam, & qui argumentum ſoluit nõ tenetur probare aliquid melius. Iam dictum eſt. Theologorum diſcurſus in hoc propoſito ſolum apud Catholicos procedere, quomodo ergo tu ad Philoſophos recurſis? Cum hic & ſecundum D. Thomam, & ſecundum Scotũ de fine ſupernaturali hominis ſermo ſit, quomodo ad finem cognitum à Philoſophis confugis? nonne oſtenſum eſt; quod probando D. Thomas. Solam notitiam ſupernaturalem eſſe ſufficientem diſpoſitionẽ ad gloriam, quia eſt eiuſdem ordinis cum illa, probat conſequenter notitiam naturalem, quia eſt ordinis inferioris nõ eſſe diſpoſitionem proportionatam? quid ergo muſitas de parte affirmante? de parte negante? & ſimilibus ad rem nihil facientibus? obſignat hic Faber. Suam primam conſiderationem multis contumelijs in Mariales: Claudo, & ergo meam primam Controuerſiam; illo prouerbiorum 26. ne reſpondeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis.

CONTROVERSIA II.

Rectè nè diſſoluit D. Thom. argumenta negantium Theologię neceſſitatem? ſolidè ne protelit Mariales D. Thomam, & aliòs Thomiſtas ab impugnationibus Fabri?

COnclusio. D. Thom. rectè pręſtat quantũ in titulo, Mariales exactè ſoluit obiecta, quæ tùm Scotus cõtra D. Thomam, tùm Faber contra Bannes, Caietanum, & Capreolum conficiunt. Prima pars aſſerti probatur latè à Mariales Controuerſia ſecunda, videatur ibi. Secunda pars probatur proferendo in medium obiecta Fabri, & ea diluendo. Argumenta negãtium Theologiæ neceſſitatem huc reſtringuntur.

Omne ſcibile ſcitur per ſcientias naturales ergo nulla neceſſitas alterius notitiæ à naturalibus. Reſpondet D. Thom. negando conſequentiam: Sicut de terra rotunda, ait, poſſunt eſſe duæ ſcientiæ nempe phyſica, & mathematica, ita & de eiſdem ſcibilibus poſſunt eſſe, & ſcientiæ naturales, & Theologia altioris ordinis. Contrareplicat Scotus, deficit, ait, hæc ſolutio, ſaluat enim diſtinctionem Theologiæ à ſcientijs naturalibus, non autem Theologiæ neceſſitatem negatam à Philoſophis. Accurrunt Bannes, & Caiet. huic inſtantiæ ſolutionibus ſtatim referendis, & propugnandis.

Reſpondet ergo primum Bannes ita: Solutio D. Thom. inquit, eſt optima, quia ad veram ſolutionem non pertinet probare concluſionem, ſed eam iam probatam ab obiectis tueri, quod D. Thomæ ſolutio optimè præſtat. Remurmurat Faber. Haudquaquam, ait, Bannes explicatio D. Thomam tuetur à Scoto. Concluſio enim D. Thomæ eſt Theologiam eſſe ſimpliciter neceſſariam viatori, ſoluendo autem argumenta negantium Theologiam neceſſariam, declarat Theologiam

giam eſſe diuerſam ſcientiam à ſcientijs naturalibus, quod eſt ſaluare diſtinctionem, non neceſſitatem Theologię, ergo. Obuiam venit Mariales, & explicat, quomodo ſolutio D. Thomę, & probet concluſionem, & tueatur eam ab obiectis, & affert quatuor explicationes, quas ſingulas per ordinem referam, & vindicabo à Fabri calumnijs.

Reſponſio Bannes ad argumentum Scoti contra D. hThomam explanatur quatuor explicationibus, & ſingulę propugnantur à Fabri obiectis.

PRima Explicatio eſt huiuſmodi: ſolutio D. Thomæ, & probat concluſionem, & propulſat obiecta contra illã, nã Phyloſophi ideo negabant Theologiam neceſſariam, quia eſſet de eiſdem rebus de quibus ſunt ſcientiæ naturales, proinde in eundem ordinem ſcientiarum naturalium recideret. D. Thomas negat futuram hanc reincidentiam, & ſic indirectè probat Theologiã neceſſariam, ſoluto.n. vel deſtructo medio quo ꝓbabatur Theologia nõ neceſſaria, remanet negatiuè probata neceſſaria; veluti remota quãtitate per quam materia diſtinguitur in plura, remanet materia vna negatiuè, vt dicitur in Phyſicis: Contra hanc explicationẽ inſurgit Faber in ſua ſecunda conſideratione fol. xj. hunc in modum. In tota ſua ſecunda Controuerſia, ait, nititur Mariales ſoluere argumenta Fabri contra Bannes, & Caiet. & voluit ac reuoluit & ſemper idẽ dicit, quod s. Theologia eſt neceſſaria, quia eſt diuerſa cognitio, & alio modo ac certiori facit ſcire eaſdem res, quam cognitio naturalis, & homo cęcus videre non vult hoc fundamentũ ad rem non facere. Phyloſophi.n. non negarent cognitionem reuelatam eſſe neceſſariam, quia coincideret cum ſcientia naturali (imò apertè concederent non eſſe eandem, nec coincidere, quia eſſet per diuerſum medium) ſed negarent eſſe neceſſariam, quia res omnes ſcirent per aliud medium. ſ. per medium naturale, ideo dicerent non eſſe neceſſarium ſibi medium supernaturale, veluti & ſcienti terram eſſe rotundam per medium naturale, non eſt neceſſarium ſimpliciter ſcire & per medium mathematicum.

Vbi reperiſti Faber in Mariales, quod dicat, ex nõ reincidentia Theologiæ in idem cum ſcientijs naturalibus, Diuum Thomam inferre Theologiam non eſſe ſuperfluam? lege Cõtrouerſia ſecunda, cap 2. fol. 14. col. 1. & inuenies hæc verba: Excluſa reincidentia in idem, ex qua Phyloſophi inferebant doctrinam reuelatam non eſſe neceſſariam ſaluat D. Thomas ſaltim indirectè doctrinæ reuelatæ neceſſitatem. Ecce dicit neceſſitatem, & non dicit non ſuperfluitatem, vt tu refers, ergo minus fideliter refers Marialis dicta, deinde Mariales affert explicationes quas affert, non quia Bannes ſolutionem ſequatur, ſed in reuerentiam illius quia illi fuit præceptor, in cuius rei ſignum poſt omnia concludit, & hæc dicta ſint in gratiam Magiſtri mei Bannes, ergo non erat, cur tantum laborares, vt exploderes quæ Mariales non ex ſua, ſed ex alterius potius ſententia ſcripſit, & poſtea nõne noſti amice eſſe indiſciplinati animi quærere eandem certitudinem in omnibus rebus? quoties vni difficultati affert Ariſtot. plures ſolutiones non ſingulas, vt demonſtratiuas, & conuincentes, ſed aliquas, vt probabiles alias vt neceſſarias? ita fecit Mariales; cum Scotus obieciſſet D. Thomæ quantum relatum eſt, attulit, duas ſolutiones inter alias, vnam ex Bannes, vt probabilem, aliam ex Capreolo, vt neceſſariam inferius referendam, & tu contra ſolutionem Banneſij adhibitam, vt probabilem tantum inſudas? tantum obloqueris? contendis ne forſan adductum fuiſſe vt conuincens quod tantum vt probabile adductum eſt?

Solutio.

1. Confut.

3. Confutat.

4. Confutat. Sed Melius Faber. Aut uis Philoſophos concedere reincidentiam Theologiæ in idem cum ſcientijs naturalibus aut non? ſi non, ergo Philoſophi vltra medium naturale admittunt medium ſupernaturale; quod eſt ridiculum, & inauditum apud puros philoſophos. Si ſic, ergo benedicit Mariales quod deſtruendo D. Th. præfatam reincidentiam, probat indirectè Theologiam neceſſariam vt ſupra. Item aut

5. Confutat. Philoſophi admittunt aliud medium cognoſcendi res, à medio naturali, aut non, ſi non ergo prætendunt reincidentiam Theologiæ in ordinem ſcientiarum naturalium, & tunc procedit Marialis diſcurſus, vt ſupra, ſi ſic (præter quam quod inauditum eſt, purum philoſophum admittere ſupernaturalia) habetur etiam intentum Theologiam ſecund. ſe eſſe ſimpliciter neceſſariam nam ſecundum Aegid. & alios, dicitur ſcientia ſecundum ſe neceſſaria, quæ vel tradit non tradita in alia ſcientia, vel tradit alio modo, medio, & lumine, de quo plura inferius, ſed per te contra quem arguo, philoſophi admittunt Theologiam verſari circa naturalia per medium ſupernaturale, ergo ſecundum ſe eſt ſimpliciter neceſſaria, licèt habenti ſcientias naturales ſimpliciter neceſſaria non ſit, veluti cognoſcenti terram rotundam per medium phyſicum non eſt neceſſarium ſimpliciter cognoſcere illam per medium mathematicum tamen notitia per medium mathematicum ſecundum ſe eſt ſimpliciter neceſſaria ob rationem vt ſupra.

Aequiuocas ergo Faber in tuo diſcurſu à neceſſitate ſcientiæ ſecundum ſe ipſam ad neceſſitatem illius ex parte ſubiecti. Item aut vis philoſophos

6. Confutat, concedere dari aliud medium, & lumen à medio, & lumine naturali aut non, ſi non, quomodo ergo aſſeris, quod philoſophi concederent doctrinam reuelatam fore diſtinctam à ſcientijs naturalibus, quia eſſet per diuerſum medium à medio illarum? quale eſſet illud diuerſum medium niſi ſupernaturale? ſi ſic, non vides vir docte te petere principium? aſſumis. n. id quod in dubium vocatur, imò quod ab omnibus negatur, nimirum purũ philoſophum concedere dari ſcientiam, lumen, & medium ſupernaturalia, imò vult (referente Scoto in prol.) ſcientiam, lumen, & medium naturalia, ſufficere ad omnia ſcibilia, corrige ergo tuo cum commodo, quæ ſcripſiſti.

Secunda explicatio cum Fabri obiectis.

SEcunda explicatio quam Mariales affert in gratiam Bannes eſt huiuſmodi, Reſponſio D. Th. inquit, probat indirectè Theologiæ neceſſitatem, euertendo medium quo philoſophi illam negabant, quòd ſ. recideret in idẽ cum ſcientijs naturalibus. Contra hanc explicationem obijcit Faber, me- Fabri obiectio. dium, inquit, quo philoſophi probant Theologiam non neceſſariam, non eſt, quia recideret in idem cum ſcientijs naturalibus, vt Mariales ſomniat, ſed quia cognitio naturalis eſt ſufficiens ad cognoſcendum omnia cognoſcibilia, ergo dicere quod D. Thomas euertat medium philoſophorum per hoc quod oſtendit Theologiam eſſe ſcientiam diuerſam à ſcientijs naturalibus ob diuerſitatem medij, & luminis, vt ſuprà, eſt facere D. Thomã non reſpondere ad propoſitum, quia difficultas eſt de neceſſitate, non de diſtinctione, & ſic nec directè, nec indirectè ſolutio D. Thomæ ſaluat concluſionem intentam.

Ex dictis patet vanitas eorum, quæ Faber ſcribit, palã. n. eſt philoſophos Solutio. negare dari aliud medium, aliud lumen, aliam ſcientiam, quàm de ordine naturalium, ridiculum cenſentes quidquid Theologi de ſupernaturalibus prædicant; ſcientia. n. lumen; & medium ſe ſe conſequuntur, vt conſtat, ergo apud illos eſt implicantia in

ter-

terminis dari vltra ſcientias naturales, aliam doctrinam reuelatam, veluti, & apud non agnoſcentes alia entia quàm corporea, implicat in terminis dari Deum niſi corporeum, vnde arguunt philoſophi hunc in modum; Illud non eſt neceſſarium, ad cuius poſitionem requiritur aliquid impoſſibile ſed ad ponendam vltra ſcientias naturales, aliam doctrinam reuelatam requiritur hoc impoſſibile, quod illa non ſit ordinis naturalis, non.n. datur aliud lumen, medium, & ſcientia, quã ordinis naturalis, ergo vltra ſcientias naturales non eſt neceſſaria alia doctrina reuelatã. D. Thomas ad medullam penetrans negat, quod omnis ſcientia debeat recidere in ordinem naturalem (quæ erat minor philoſophorum) & ſic deſtructò illorum medio ſoluat indirectè Theologiæ neceſſitatem, vt Mariales exponit.

Cũ ergo obicis Faber philoſophos nõ ob reincidentiã, ſed quia cognitio naturalis ſufficit ad omnia, negare neceſſariam aliam doctrinam reuelatã, impingis incautè in reincidentiam quam negas. cum.n. philoſophi concludant lumen naturæ ſufficere pro omnibus ſcibilibus, & ab alia parte vt cõmentitiũ irrideant, quidquid Theologi de ſuper naturalib. prædicant, fit vt euidenter vellint omnem ſcientiam, omnia ſcibilia, omnia media ſciendi, eſſe de ordine naturalium, & eatenus ordinem naturalem ſcientiarum, & ſcibilium ſufficere ad omnia ſcibilia, quatenus non eſt dabile aliud lumen, ſcibile, vel ſcientia, quæ de ordine naturalium non ſint, ſi enim eſſet dabile aliquod horum, quod de ordine naturalium non eſſet, iam ordo naturalis non ſufficeret pro omnibus illis, & purus Philoſophus admitteret aliquid ſupernaturale, quod eſt ridiculum, ergo lumen naturale eſſe ſufficiens pro omnibus ſcibilibus, & non eſſe dabilem aliquam ſcientiam, quæ in ordinem naturalem non recidat, idem ſunt, vel inſeparabiliter ſeconſequuntur apud Phyloſophũ, ergo dicendo mi Faber Philoſophũ negare Theologiam neceſſariam, quia vult lumen naturæ ſufficere pro omnibus ſcibilibus, aſſeris implicitè, negare id propter reincidentiam Theologiæ in ordinem ſcientiarum naturalium, & ſic impingis; vt dicebã in reincidẽtiã; q̃ negas, quid tibi vr lector? nõ ne irreparabiliter Faber Marialẽ cõfunditur.

Tertia explicatio cum Fabri obiectis.

Tertia explicatio, vel reſponſio eſt Fabrũ tripliciter peccare in ſuo diſcurſu, primo, quia facit tranſitum à negatione ad affirmationem, inferendo D. Thom. non probat Theologiæ neceſſitatem, ergo deſtruit. Secundo, quia tranſit à ſecundum quid ad ſimpliciter, inferendo, non probat Theologiæ neceſſitatem tali modo, ſcilicet, directè, & poſitiuè, ergo nullo modo probat; oſtenſum enim eſt probare indirectè, & negatiuè, euertendo medium, quo Theologię neceſſitas impugnabatur. Tertio, quia requirit in D. Thomæ ſolutione id, quod ad eã non pertinet, nimirum, quod ſeorſim à corpore articuli probet concluſionẽ principalem de quo Mariales vbi ſupra. Contra hanc explicationem replicat Faber hunc in modum. Imò Mariales (inquit) tripliciter peccat; Nã in Fabro non legitur id, quod Mariales ex eo refert, non dicit Faber quod D. Thom. non probet, aut teneatur probare concluſionem, imò de hoc nec vel verbum in Fabro, ſed dicit quòd ſecundum gloſſam Bannesij D. Tho. non ſaluat ſuam concluſionem (quod tamen debet fieri in ſolutione argumentorum contra concluſionem factorum) quia argumenta ad hoc ſoluũtur, vt defendatur concluſionem eſſe veram, concedit enim verum eſſe medium Philoſophorum, ſcilicet, quod ſcientia naturalis eſt de omnibus ſcibilibus, hoc autem admiſſo, patet ſequi non eſſe neceſſarium ſimpliciter Fabri obiectio.

aliud

aliud medium ad ea ſcibilia cognoſcenda, & certè hoc eſt adeo euidens, vt cęcus poſſit illud videre, & intelligere, ergo diſtinctio de directè, & indirectè probare, eſt ridicula, nec vllo modo facit ad rem.

Solutio. Solutio felix Mariales ſi alia peccata non perpetraſti. Vis aliud amice, a Mariales, quam quod fideliter te referat? audi eius fidelitatem. Verum eſt quod expreſſis verbis non aſſeris D. Thomam debuiſſe probare concluſionem, tamen implicite (velis nolis, id aſſeruiſti) dicis enim bonam ſolutionem debere ita vitare obiecta contra concluſionem, vt concluſionem non deſtruat, vitare autem obiecta deſtruentia concluſionem, eſt indirectè concluſionem probare, ſicut propulſare obſidentes hoſtes, eſt ciuitatem conſeruare, ergo dicendo Faber explicitè bonam ſolutionem debere vitare obiecta contra concluſionem, dicis implicitè debere probare concluſionem ſaltim indirectè, & ſic fideliter retulit Mariales quantum ex te retulit, fuiſſet infidelis ſi retuliſſet hoc aſſeri à te expreſſis verbis, ſed non ſic retulit, vt patet.

2. Confut. Nonne legiſti Faber Metaphyſicā probare principia omnium ſcientiarum per hoc ſolum quod ſoluit argumenta negantium illa, apud negantes enim omnia principia nō eſt alius modus procedendi quàm ſoluendo illorum argumenta, quæ vocari ſolet probatio negatiua, & indirecta, & idē facit etiam Theologia contra negantes omnia principia fidei, cum ergo concedas pertinere ad bonam ſolutionem ſoluere argumenta contra concluſionem, cur renuis concedere ad eandem pertinere probare concluſionem ſaltim indirectè, & negatiue?

3. Confut. item Bannes (quem an rectè impugnaueris, nunc diſputatur) dicit non pertinere ad bonam ſolutionem probare concluſionem, ſed probatam tueri ab obiectis, tu autē impugnas hoc pronunciatum in prologo diſput. prima cap. 1. num. 28. & dicis debere ita vitare obiecta, vt intentam concluſionem non deſtruat; ſic argumentor Bannes duo puncta tangit, primo, quod ad bonam ſolutionem non pertinet probare cōcluſionem, ſecundò, quod ad illam pertinet vitare obiecta, quod ergo horum impugnas amice? non ſecundum; quia tu ipſe illud confirmas, & quis ambigat ſolutionem non debere deſtruere cōcluſionem? ſi hoc ſolum dicere voluiſti, certe nimis reconditum ſacramentum reſeraſti, ergo impugnas primum, ergo implicitè contra Bannes contendis ad bonam ſolutionem pertinere probare concluſionem, ergo vel impingis in id quod Mariales refert te tenere, vel inaniter & pueriliter Banneſij reſponſum impugnas, reliqua, quæ tangis ex dictis corruunt, & ex mox dicendis magis adhuc reiicientur.

Quarta Explicatio, & Fabri obiecta.

QVarta explicatio, & ſolutio Mariales eſt huiuſmodi: probando (inquit) D. Thom. doctrinam reuelatam eſſe diſtinctam a ſcientiis naturalibus propter diuerſitatem luminis vt ſupra, probat conſequenter illam eſſe neceſſariam ſimpliciter ſecundū ſe ipſam, nam tunc ſcientia dicitur neceſſaria ſimpliciter ſecundum ſe ipſam, cum tradit non tradita in aliis ſcientiis, vel tradit ea diuerſo modo. Contra hanc explicationem euomit Faber virus in copia, hæc reſponſio, inquit, non eſt minus ſtolida prioribus, tum quia Mariales iterum loquitur de probatione, & tamen hic diſputatur de ſolutione argumenti Philoſophorum, tum quia Faber in gratiam Phyloſophorum negat Theologiam eſſe neceſſariam ſecundum ſe ipſam ſimpliciter, vt hæc neceſſitas diſtinguitur contra neceſſitatem ſcitorum; de qua hic diſputatur: Theologi enim volunt Theologiam eſſe neceſſa- 1. Obiectio Fabri. 2. Obiectio.

ceſſariam ratione ſcibilium, quia per illam ſciuntur aliqua non ſcibilia per ſcientias naturales, Phyloſophi autem hoc negant, & Mariales non probat,
3 Obiectio. tum quia Mariales probat Theologiã eſſe neceſſariam ſimpliciter ſecundum ſe ipſam auctoritatem Aegidij, quæ non eſt ſufficiens.

Verba Fabri quomodo hoc probas? auctoritate Aegidij? ſane bonum pa-
4. Obiectio. tronum inueniſti; tum quia Mariales concedit Theologiam non eſſe neceſſariam ratione ſcitorum, ergo ineptè recurrit ad neceſſitatem Theologiæ
Fuga exploditur. ſecundum ſe ipſam, ſi dicas Theologiam eſſe neceſſariam ſecundum ſe ipſam ratione modi ſciendi, ſi non ratione ſcitorum: hoc ab re dicitur, quia hic diſputatur non de modo ſciendi, ſed an homo ex lumine naturali poſſit habere notitiam omnium neceſſariorum ad ſalutem, & præterea hoc
5. Obiectio. facit pro Fabro, nam ſicut Philoſopho non eſt ſimpliciter neceſſarium ſcire rotunditatem terræ medio Mathemathico, quia ſcit illam iam medio Phyſico, ſic viatori cognoſcenti naturalia per ſcientias naturales non eſſet neceſſaria ſimpliciter notitia reuelata, vt illa alio modo ſcilicet ſuper
6. Obiectio. naturali cognoſceret, & cũ Mariales dicit Theologiam eſſe neceſſariam ſecundum ſe ipſam ratione modi, interrogo, ait, cui neceſſaria ſit? viatori nõ eſt neceſſaria ſimpliciter, quia alia via, & modo poteſt ſcire conducunt ad ſuum finem, cui alteri erit neceſſaria? ergo dicere quod ſit neceſſaria ſecundum ſe ipſam ratione modi, & tamen nulli eſſe neceſſariam, eſt verba mul-
Ad primum tiplicare ſine ſenſu & ita &c.

Solutio. Satiſne adhuc luſiſti Faber audi nunc & alios. Ad primum patet ex dictis quando enim agitur de ſolutione argumentorum agitur conſequenter & de probatione concluſionis indirecta tamen & negatiua vt oſtenſum eſt.

Ad ſecundũ Ad ſecundum non tibi ipſi conſtas amice, nam dicis hic non agi de probatione, ſed de ſolutione, cur ergo pétis à Mariales quomodo probet id quod aſſumit? hic diſputatur an D. Tho. recte diſſoluat argumenta negãtium Theologiam neceſſariam, vt tu ipſe confiteris, quomodo ergo pro Philoſophis arguentibus negas tu ꝙ negas? negare pertinet ad reſpondentem non ad arguentem, & non tenetur qui reſpondet probare quod negat vel affirmat, ſed arguentis partes sũt probare non recte ſibi negari quod negatur, confundis ergo Faber omnia.

Auditorum tum D. Thomę, tum Scoti, elogia & digreſiuncula in laudem Aegidij Romani.

AD tertium, & Aegidij auctoritate & ratione probat Mariales neceſſitatem doctrinæ reuelatæ ſecũdum ſe ipſam, vt videre eſt cont. 1. c. 2. cum obijcis Aegidium non eſſe bonum patronum, audi quid de eo ſcribat Ioannes tritemius Abbas, & diſce poſt hac magis venerari doctores. Ad tertium.

Aegidius inquit de Roma ordinis Fratrum Hæremitanorum Sancti Auguſtini Prior Generalis, & deinde Bithuricenſis Archiepiſcopus D. Thomæ Aquinatis quondam auditor, vir in Diuinis ſcripturis Erudítiſſimus, & in Philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore ſecũdus, ingenio ſubtilis, ſermone ſcholaſticus, vita, & cõuerſatione Deuotus, ſcripſit multa, & pænæ infinita opuſcula, de quo profecto non tantum librorum admiranda eſt multitudo, quantum ſui acumen ingenij, & tenaciſſimum memoriæ donũ ſtupendum, quod in tot tantiſq; eius dictis, in nullo vnquã ſibi ipſi ſit aduerſatus, nihilque reprehenſione, aut retrattatione dignum pronuntiauerit, pectus in ſoluendis quæſtionibus habuit ampliſſimum, fundamenta irrefragabilia, rerum exquiſitor diligentiſſimus, in dicendo ſingularis, & quidem ita clarus, vt hic omnis humanę

&c

& diuinæ ſapientiæ ex omnibus doctoribus ſcholaſticis ſolus arcana dilucidaſſe videatur hactenus Tritemius.

Conquereris Faber in tua præfatione, Mariales ironicè de te aliqua protuliſſe, qui nō es dignus AEgidio, vel libros deferre, & nunc in vitū toto orbe, tot titulis celebrem effrenem calamum dimittere audes? certè, & Cardinalitia AEgidii dignitas, & reuerentia Illuſtriſſimo atq; Sanctiſſimo Auguſtinianorum Ordini debita, & alia, quæ ex tritemio relata ſunt, furentem calamum compeſcere debebant. At illud, quod AEgidius proprijs auribus cęli terræque oraculum Diuum Thomam audierit, & immediatè ex vberibus eius lac cęleſtis doctrinæ ſuxerit, de qua Innocētius VI. qui eam ſequutus eſt, ait, nunquam inuentus eſt à veritatis tramite deuiaſſe, qui eam impugnauit fuit ſemper de veritate ſuſpectus, mordacem calamum frangere, nedum cohibere debebat, ſi enim ſectator doctrinæ Thomiſticæ à veritatis tramite nunquam deuiauit, quid ſectator, & auditor ſimul, vt Aegidius? & nō erit poſtea bonus patronus? huiuſmodi ſunt mi Faber Angelici Doctoris ſectatores, & auditores.

Auditores Scoti, quales fuerint dicito tu ſi noſti, abſit, vt ego illis aliquid detraham: Ioannes XXII. loquēs de Ianduno Scoti auditore, & de Marſilio de Padua vocat eos filios perditionis referente Nicolao Iamſſenio Belga: Corradus Magdeburgenſis reſpondens libris Occhami (qui itidem fuit Scoti auditor) poſt multa, quæ ad Carolum Quartum Imperatorem præfatur, Occamum auctorem ſcelerum, cultorem tenebrarum, Hæreſiarcam, depravatorem, tùm philoſophiæ, tùm Theologiæ appellat, & Reuerendiſſimus, ac Illuſtriſſimus Epiſcopus Paulus Iouius his concinens, Scotus, inquit, aliquot præclara ſui ordinis ingenia ad optimam frugem paraſſe [illegible] to à veritate itinere ſuſpendiſſe, perdidiſſeq; videtur, ſimilia forſitan, & de alijs legūtur, quæ prætereo, quia ægrè valde fero hæc audire nedū referre de his, quos tantopere diligo, nec retuliſſem, quæ retuli, niſi Faber me laceſſiſſet, tàm irreuerenter loquens de Diui Thomæ auditoribus, & præſertim de Aegidio, qui de Schola Thomiſtica tàm optimè meritus eſt, primus enim omnium Aquinatis doctrinam contra impugnatores quoſcunque in Aureo ſuo libello, quem defenſorium operum D. Thomæ nuncupauit glorioſe defendit ac propugnauit.

Redeundo ergo vnde digreſſus ſū Mariales, & Aegidij auctoritate (quæ quanta ſit ex dictis cōſtat) & ſolida ratione ſuſtinet Theologiam eſſe ſecundum ſeipſam ſimpliciter neceſſariam, etiam in ordine ad naturalia, ſi enim ſcientiæ naturales notificantes naturalia lumine naturæ, defectibili, & fallaci, ſecundum ſe ſimpliciter neceſſariæ ſunt, quanto magis Theologia notificās illa lumine ſuperiori indefectibile? nūquid ad integritatē vniuerſi, vel cohordinationis ſcientiarū plus de ſe neceſſaria erunt imperfectiora perfectionibus? Deo, & Natura intendentibus quod eſt melius?

An neceſſitas ſcientiæ ſecundum ſeipſam, diſtinguatur contra neceſſitatem ex parte ſcitorum.

AD quartum, eſt apertum mendacium Mariales concedere Theologiam nō eſſe ſimpliciter neceſſariam reſpectu ſcitorum (formaliter tamen ſumptorum in ſenſu, vt infra) dato tamen, quod hoc aſſeruiſſet adhuc optimè eius dictum ſaluari poſſet, vt ex dictis, & dicēdis facile eſſet oſtēdere; ſed veritas eſt, quod conſideratio ſcientiæ ſecundum ſeipſam includit ordinem ad ipſa ſcita; quia ſcientia, & ſcitum ſunt correlatiua 5. Met. & correlatiua ſunt ſimul natura, & cognitione, & neceſſitas ſcientiæ ſecundum ſeipſam; diſtinguitur contra neceſſitatem ſcientiæ ex parte ſubiecti ſcien-

Ad 4.

Ariſtot.

ſcientis non contra neceſſitatem ex parte ſcitorum, Faber autem abutens vocabulis, aliò diuertit, ideò non mirum ſi ad rem non ſcribit,& cum adiungitur falſum,& impertinens eſſe Theologiam ſecundum ſe eſſe ſimpliciter neceſſarium ratione modi ſciẽdi, quia hic diſputatur de neceſſitate Theologiæ ratione ſcitorum (an homo lumine naturæ ſcire poſſit omnia ſibi neceſſaria ad ſalutem) dico ſcibilia dupliciter ſumi poſſe, primo materialiter pro rebus, quæ ſciuntur ſecundum proprias eorum naturas, ſecundo formaliter,ideſt pro eiſdem rebus, vt ſunt ſcibiles tali,vel tali modo, medio,& lumine,ſcibilitas enim attenditur penes media,& lumina,vt Mariales declarat Controuer. 19,capit. 2. & deinceps, ſi loquaris de ſcibilibus formaliter, ineptè diſtinguis ſcibile contra modum ſciendi, ſcibile enim formaliter non eſt niſi res tali, vel tali modo cognoſcibilis,vt proximè dicebam, proinde ſi Theologia eſt ſecundum ſe ratione modi ſciendi neceſſaria, neceſſaria eſt, & ratione ſcitorũ formaliter ſumptorum, vt ſupra, vt Mariales contendit, ſi loquaris de ſcibili materialiter,ineptè expendis ſciẽtiæ neceſſitatem in ordine ad illa,ſciẽtia enim ſpecificatur, & qualificatur in ordine ad ſcibilia formaliter ſumpta,& non ſumpta materialiter, vt latè probat Mariales,vbi ſupra in cuius rei ſignum oculus eſt vnius ſpeciei ſpecialiſſimæ viſibilia autẽ materialiter ſumpta ſunt diuerſa genera, vbi ſumpta formaliter, ſunt & ipſa vnius ſpeciei ſpecialiſſimę explica ergo melius Faber teipſum, & quo calle incedas.

Item quomodo non erubeſcis ſcribere,hic tractari de neceſſitate Theologiæ ex parte ſcitorum, nõ ex parte modi ſciendi, propterea quod quæritur an homo poſſit naturaliter ſcire omnia ſibi neceſſaria ad ſalutem? nõne Mariales Controuer. 1. latè oſtendit cum Aegidio hic agi de neceſſitate Theologiæ, & ſecũdum ſeipſam ex parte ſcitorum,& ex parte ſcientis? nõne nunc oſtenſum eſt ſcibile formaliter ſumptum, includere inſeparabiliter (etiam per intellectum) modum ſciendi, perconſequens ſi Theologia eſt neceſſaria ſecundum ſe ex parte ſcitorum ſumptorum formaliter, eſſe neceſſariam, & ex parte modi ſciendi? quomodo has neceſſitates inſeparabiles ſeperas Faber? nonne cum recurris ad hominem indigentẽ Theologia,vt neceſſaria ad ſalutem cognoſcat, non tranſis euidẽter à neceſſitate Theologiæ ſcd̃m ſe, ad neceſſitatem illius ex parte ſubiecti? aperi oculos Faber: iſtæ neceſſitates diuerſiſſimæ ſunt,æquiuocatio eſt tranſire ab una ad aliam, neque eſt idem dictu Theologia eſt neceſſaria ſimpliciter ex parte ſcitorum, & Theologia eſt neceſſaria ſimpliciter ex parte hominis,vt tu hæc pro eodem confundis, Arithmetica enim eſt neceſſaria ſimpliciter ſecundum ſeipſum,quia tradit non tradibilia in alia ſcientia, & tamen non eſt neceſſaria ſimpliciter ex parte habentis illam,vt conſtat, pari ergo modo Theologia poteſt eſſe ſimpliciter neceſſaria ſecundum ſeipſam (etiam in ordine ad naturalia) quia notificat illa modo, quo in nulla alia ſcientia notificari poſſunt (quo pacto naturalia induũt rationem ſcibilium alterius generis à ſeipſis, vt ſciũtur lumine naturali) & tamen non eſſe neceſſaria viatori ſimpliciter, inordire ad naturalia, & tu nihilominus adhuc in tuo lethargo ſopitus cõfundis neceſſitatẽ ſcientiæ ſimpliciter ex parte ſcitorum, cum neceſſitate ſciẽtiæ ex parte ſubiecti pro vna,& eadem neceſſitate?

Cum vlterius adiungis,quod ponere Theologiam neceſſariam ratione modi ſciendi fauet Fabro, quia dicet quod ſicut Philoſopho cognoſcenti rotunditatem terræ per medium phyſicum non eſt ſimpliciter neceſſarium cognoſcere illam per aliud medium mathematicum, ita homini cognoſcenti naturalia per ſcientias natura-

des non eſt neceſſarium ſimpliciter cognoſcere illa alio modo per Theologiam, expergiſcere Faber, & vide ſemel tuam æquiuocationem. De qua Theologiæ neceſſitate loqueris? ſecundum ſeipſam, An ex parte ſubiecti? ſi ſecundum ſeipſam, quorſum ad hominem ſubiectum recurris? ſi ex parte ſubiecti, in quo Marialem lædis? loquentē de neceſſitate Theologiæ ſecundum ſe? Itaque ex parte ſubiecti neq; philoſopho neceſſaria eſt ſimpliciter mathematica ad cognoſcendum rotunditatem terræ, nec ſcientifico naturali eſt neceſſaria ſimpliciter Theologia ad cognoſcendum naturalia, at ex parte mathematicæ, & Theologiæ vtraque ſecundū ſe neceſſaria eſt ſimpliciter ad ſciendum terram rotundā & naturalia modis, vt ſupra, & ita &c.

An quidquid eſt neceſſarium, alicui habenti neceſſarium ſit? & ſcientia eo titulo quo ſecundum ſeipſam neceſſaria eſt alicui neceſſaria eſse debeat?

CVm demum quæritur cui neceſſaria ſit Theologia eo titulo quo dicitur neceſſaria ſecundum ſeipſam? dico eſſe fatuā interrogationē quia tranſitur à neceſſitate ſcientiæ ſecundum ſe, ad neceſſitatem illius ex parte ſubiecti, veluti ſi quæreretur, ſi mundus ſecundum ſe neceſſarius eſt, cui neceſſarius ſit; ex quo enim ſecundum ſe neceſſarius eſt, non eſt vt quæratur cui alteri neceſſarius ſit. Neceſſitas ſcientiæ ſecundum ſe (bone Faber) attenditur in ordine ad obiectum quod eſt eius corelatiuum, & non in ordine ad ſubiectū quod non reſpicit in ratione ſcientiæ, ſed in ratione qualitatis iuxta illud Ariſt. 5. Met. ſcientia vt ſcientia eſt ſciti non ſcientis, non ergo cui ſubiecto, ſed in ordine ad quod obiectum Theologia ſecundum ſe ipſam, neceſſaria ſit interrogare debes o Faber, & tunc dico quod eſt neceſſaria ſimpliciter ſecundum ſe ipſam, tum in ordine ad ſupernaturalia vt omnes confitentur, tū in ordine ad naturalia ipſa, quatenus notificat illa modo, quo in nulla alia ſcientia notificari poſſunt, & ſcientia dicitur neceſſaria ſecundum ſe ipſam ſimpliciter, quæ vel tradit non tradita in alia ſcientia (loquendo de ſcibilibus materialiter) vel quę tradit tradita, ſed aliomodo, quod eſt tradere diuerſa ſcibilia formaliter vt prædeclaratum eſt) & cū iterum ſubiungis, quod ſi Theologia eſt neceſſaria, alicui neceſſaria eſſe debet, vnde infers hoc amice? forſan quia omne neceſſarium alicui neceſſarium ſit? ſi id ſumis, falleris, quod. n. ſecundum ſe neceſſarium eſt, alteri neceſſarium eſſe non oportet, vt ly (ſecundum ſe) conuincit, vnde Deus eſt ens neceſſe eſſe, Angeli, & eſſentiæ rerum ſunt entia de ſe neceſſaria (licet non a ſe) & tamē nemo adſtruat illa alicui eſſe neceſſaria: neq; obſtat quod hæc ſint ſubſtantię, ſcientia autem ſit accidens; nam ſcientia vt ſcientia non reſpicit ſubiectum, ſed obiectum, vt prætactum eſt, & vt ſic non eſt determinate ſubſtantia vel accidens, ſed abſtrahit ab vtroque, & ſolum qua accidēs eſt, ſubiectum poſtulat: ſi autem vis Theologiam eo titulo quo eſt neceſſaria ſecundum ſe ipſam, eſſe neceſſariam alicui, quia in viatore eſt accidens, & accidentis neceſſitas in ordine ad ſubiectum attenditur, falleris multo magis.

Nam vt nunc dicebam, hic agitur de neceſſitate ſcientiæ ſecundum ſe ipſam, vt ſcientia eſt, quæ eſt aceptio formalis à Philoſopho intenta quo pacto non reſpicit ſubiectum, ſed obiectū; & abſtrahit a ſubſtantia, & accidente, tu autem recurris ad materiale ſcientiæ, quatenus accidens eſt quod eſt ab re loqui.

Omiſſis tamen tot ſpeculationibus Categorice ad ſua petitionem reſpondeo; quæris cui Theologia neceſſaria ſit, ſi ſecundum ſe neceſſaria eſt in ordine ad naturalia? dico neceſſariam eſſe non viatori (hoc enim titulo ne

Ariſtot.

ſecun-

ſecundum ſe ſed ex parte ſubiecti dicitur neceſſaria) ſed neceſſaria eſt integritati ordinis, tum ſcientiarum, tũ obiectorum ſcibilium, tum mediorũ ſciendi ſicut enim ordo vniuerſi non eſſet integer, & perfectus niſi contineret omnes gradus entis in ſenſu quo explicat Caiet. p.p.q.50.art.1. ita ordo ſcientiarum, mediorum ſciendi, & obiectorum ſcibilium, integer, & perfectus non eſſet niſi contineret omnia lumina, omnia media ſciendi, omnia obiecta ſcibilia, & omnes ſcientias: naturalia autem vt ſcibilia per lumen Theologicum, ſunt alia ſcibilia genere a ſe ipſis vt ſciuntur lumine naturali, veluti & idem centrum vt diuerſimode attingibile per motum rectum, & per motum tortuoſum induit rationem diuerſorum terminorum ſpecie, ſimiliter lumen Theologicum, & lumen naturale ſunt diuerſa media ſciẽdi, & Theologicũ eſt altius naturali, vt conſtat, ergo ſicut ſi non daretur lumen naturale, & ſcientiæ naturales, ordo tum mediorum ſciendi, tum ſciẽtiarum non eſſet integer, ita multo magis ſi non daretur lumen Theologicũ & Theologia, dicti ordines integri nõ eſſent, ergo ad integritatem dictorum ordinum Theologia dicitur ſimpliciter neceſſaria ſecundum ſe ipſam; dicitur etiam neceſſaria ſimpliciter rebus naturalibus ſumptis in ratione ſcibilis, quia ſine Theologia ſciri non poſſent omnibus modis quibus ſcibiles ſunt, ſciri autem poſſunt, & lumine naturali, & lumine Theologico, ſi ergo ſcientiæ naturales quæ minus, & imperfectius eas notificat, ſunt illis ſimpliciter neceſſariæ, quanto magis Theologia quæ eas plenius atque perfectius explicat? perpendas ergo Faber pacato animo hanc doctrinam, & videbis inaniter te cõcludere, q̃ quia viator alia via cognoſcit naturalia, Theologia ad illa ſimpliciter neceſſaria non ſit, non debes concludere hoc; ſed hoc, ergo viator cognoſcens naturalia per ſcientias naturales, non indiget ad illa, Theologia, ex quo habebis, Theologiam non eſſe neceſſariam in ordine ad naturalia neceſſitate ſe tenente ex parte ſubiecti, quod veriſſimum eſt. Sed ab re, quia Mariales non dicit Theologiã eſſe neceſſariã ſimpliciter in ordine ad naturalia ex parte ſubiecti, ſed ſecundum ſe ipſam: tu aũt id impugnandum ſuſcepiſti. tu non impugnas, vt patet ergo.

Caiet.

Adde, quod ſicut Theologia eſt neceſſaria ſimpliciter in ordine ad naturalia ſumpta non in ratione rei ſed in ratione ſcibilis, quatenus ſcilicet ſciri debent omnibus modis quibus ſcibilia ſunt, ita neceſſaria eſt & ex parte ſubiecti non accepti in ratione viatoris (vt Faber accepit,) ſed in ratione ſcientis, vel ſcitiui, quatenus ſcilicet debet ſcire omnia ſcibilia omnibus generibus modorum quibus ſcibilia ſunt, vt ſic ſcibilia, & ſcitiuum ſibi correſpondeant, ergo omnibus conſideratis Theologia remanet neceſſaria ſimpliciter in ordine ad naturalia, & ſecundum ſe ipſam, & ex parte ſubiecti in ratione ſcientis, & ratione ſcitorum, & ratione modi ſciendi, & ad integritatem ordinum proxime narratorum, & omnibus alijs imaginabilibus modis, & ſolus Fabri oculus adhuc caligat, & ex tot partibus ſplendentem Theologiæ neceſſitatem in ordine ad naturalia non videt?

Quinta explicatio.

QVinta explicatio, vel reſponſio, Mariales in fauorem Bannes eſt huiuſmodi: non dicit, inquit, D. Thomas doctrinam reuelatam vel ſolum diſtingui a ſcientiis naturalibus, vel ſolum tractare de eiſdem rebus cũ ſcientijs naturalibus, ex quo fortaſſe (vtcumque) poſſet inferri quod ſecũdum D. Thomæ ſolutionem, doctrina reuelata non ſit ſimpliciter neceſſaria vltra ſcientias naturales, ſed dicit, quod conſiderat eadem, quæ con-

ſiderantur in ſcientiis naturalibus, ſed ſub diuerſo lumine, & ſic diſtinguitur genere ab illis, vtrum autem conſideret ſolum illa, an potius & multa alia, remittit ſe ad deciſionem factam in corpore art. præter quam quod quando etiam dixiſſet, quod conſiderat eadem, ſed ſub diuerſo lumine, adhuc etiam haberetur illam eſſe ſimpliciter neceſſariam ſecundum ſe ipſam (licet non ex parte ſubiecti) vt proxime declaratum eſt.

Contra hanc gloſam irruit Faber ita. Vltimo, ait, veritate conuictus Mariales confitetur Fabrum recte argumentari, & concludere ſolutionem D. Thomæ ſaluare Theologiæ diſtinctionem à ſcientijs naturalibus, non autem neceſſitatem vt patet ex verbis Mariales nuper relatis, in quibus non erat cur poneret ly (vtcumque & fortaſſe) quia Faber demonſtratiuè, non vtcumque conuincit, Bannes non ſaluare reſponſum D. Thomę, quia admittit D. Thomam concedere Theologiam eſſe de eiſdem rebus, de quibus ſunt ſcientiæ naturales, ſed ſub diuerſo lumine, hoc autem ſaluat diſtinctionem non neceſſitatem Theologiæ, quæ eſt, quam Philoſophi negant, ideo Bannes expoſitio non ſufficienter defendit D. Thomam ab impugnatione Scoti, & Mariales non bene protegit Banneſium ab impugnationibus Fabri, & commiſerandū eſt Banneſio quòd tam leuem diſcipulum, & defenſorem nactus fuerit.

Solutio. Imò Banneſio gratulandum eſt, & condolendum tibi Faber, quod ille & tu talia ſcripſeritis vt tam leuis (vt tu dicis) calamus, & illius doctrinam tueri, & tua obiecta proſcindere ſufficiēs fuerit. Melius, dicet alter, & Banneſio, & tibi congratulandum eſt, illi quod tam excellentem diſcipulum nactus fuerit, tibi quia ſi victus es (vt vere te victum demonſtrant tot correctiones dictorum in ſententijs quas hic facis, & non reſpondiſſe ſingulis quæ a Mariales tibi obiecta fuerunt) ab eo ſaltim victus ſis, quo cū, vel pugnaſſe ſūma gloria fuit, ſed ad punctum veniamus, quid ſomnias Faber de confeſſione, de victoria, & ſimilibus, quæ ex Mariales refers? ſenſus verborū relatorum Mariales talis eſt: dato quod D. Tho. diceret Theologiam tradere ſolū tradita in alijs ſcientijs, vtcumque fortaſſe inde inferri poſſet ideſt cum aliqua apparentia non realiter (hoc ſibi vult ly vtcumque & fortaſſe, quæ tantopere Faber te offendunt) quod Theologia diſtingueretur & nō eſſet neceſſaria vltra ſcientias naturales, at non dicit ita, ſed dicit quantum relatum eſt, & quando etiam diceret, adhuc haberetur neceſſitas Theologiæ ſecundum ſe, vt probatum eſt. Contra hoc quid habes Faber? quid improperas Mariali, quod ſe confiteatur victum, & alia id genus puerilia? diſcurſus, quem facis non eſt tuus, ſed Scoti iam millies ſolutus, oſtendendo enim D. Thomas Theologiam diſtingui genere à ſcientijs naturalibus, oſtendit, & eſſe neceſſariam ſecundum ſe ipſam, quia diuerſitas luminum infert diuerſitatem ſcibilium ſecundum Capreolum, & nedum dicitur neceſſaria ſcientia, quæ tradit non tradita, ſed, & quæ tradit alio modo quam tradatur in alia ſciētia vt ſæpius demonſtratum eſt, ergo futilis eſt diſcurſus, quē tu, vt demonſtratiuum, & conuincentem Iactitas.

Reſponſio Capreoli, & Caietani ad argumentum Scoti contra D. Thomam protegitur à calumnijs Fabri.

SEcunda reſponſio, quam Thomiſtæ adhibent argumento Scoti iniuo relato contra D. Thomam eſt huiuſmodi; oſtendendo D Thomas (inquiunt, Theologiam ſub diuerſo lumine conſiderare naturalia, conſiderata in ſcientijs naturalibus, oſtendit illam eſſe circa diuerſa ſcibilia à ſcientijs naturalibus, & ſic eſſe neceſſariam ſimpliciter: diuerſa.n. lumina faciunt apparere, & penetrare in re di-

uerſa

uerſa ſcibilia, maximè ſi vnum lumen ſit altius, & vigoroſius altero, vt eſt lumen theologicum reſpectu luminis naturalis, vult ergo D. Thomas, Theologiam eſſe de eiſdem naturalibus, non tamen quantum ad eadem, ſed quantum ad diuerſa ſcibilia.

Remurmurat Faber. hæc reſponſio inquit, trahit D. Thomam in ſententiam Scoti, nec ſaluat doctrinam D. Thomæ. Accurrit Mariales cum D. Thomas multis annis ante Scotum ſcripſerit non D. Thomas in ſententiam Scoti, ſed Scotus in ſententiam D. Thomæ venit.

1. Obiectio. Fabri. Contra replicat Faber in ſecunda ſua conſid. fol. 16. & 17. ergo Mariales fatetur Fabri impugnationem veram eſſe, quod reſponſio Capreoli trahit D. Thomam in ſententiam Scoti, quod autem meus D. Thomæ ait non fuerit coincidere cum Scoto, patet ex verbis ipſis D. Thomæ prima parte q. 1. art. primo ad 2. quę ſic habent. Nihil prohibet inquit de eiſdem rebus, de quibus philoſophicę diſciplinæ tractant ſecundum quod ſunt cognoſcibiles lumine naturalis rationis, etiam aliã ſcientiam tractare, ſecundum quod cognoſcuntur lumine diuinæ reuelationis, ecce ponit diſcrimen, inter ſcientias naturales, & Theologiam, quod illæ lumine naturali, Theologia ſupernaturali eaſdem res tractant, ergo ſecundum D. Thomam differunt ſolum ſecundum lumen, non ſecũdum diuerſa ſcibilia.

2. Obiectio.

3. Obiectio. Quid dicis ad hoc Mariales? Præterea ſi lumen diuerſum infert diuerſitatem ſcibilium malè dicit D. Thomas ſcientias naturales, & Theologiam eſſe de eiſdem rebus, ſed debebat dicere eſſe de diuerſis rebus, quia diuerſitas luminis infert diuerſitatem rerum ſecundum Marialem, & demũ

4. Obiectio. Xantes ipſe videns exemplum D. Thomæ de ſcientia rotunditatis terræ per medium phiſicum, & per medium mathematicum conuincere, mentem D. Thomæ eſſe, Theologiam, & ſcientias naturales differre ſolum quo ad modum ſciendi, non quo ad res ſcitas reſpondet exemplum non habere omninã veritatem, ſed adduci à D. Thoma ſolum ad oſtendendam non eſſe abſurdum tractari de eiſdem rebus in diuerſis ſcientijs, vt philoſophi credebant, nota illud verbum, De eiſdem rebus, ergo exemplum D. Thomæ adducitur ad probandum ſcientias naturales, & Theologiam tractare de eiſdem rebus, non ergo ſunt de diuerſis rebus, licet ſint ſub diuerſo lumine ergo diuerſitas luminum ſecundum D. Thomam non infert diuerſitatem ſcibilium contra Marialem. 5. Obiectio.

Solutio. O Sydera in tãto diſcrimine meum calamum dirigite: quam bellè infers Faber illam peracutam conſequentiam. D. Thomas multis annis ante Scotum ſcripſit, ergo confitendo Mariales Scotum in ſententiam. D. Thomæ veniſſe, non D. Thomam in ſententiam Scoti, confitetur, impugnationem Fabri eſſe verã, quod. ſ. Capreolus trahat D. Thomam, in ſententiam Scoti, quis non rideat hæc audiens? imò quia D. Thomas ſcripſit tanto tempore ante Scotum, falsò dicit Faber in ſua impugnatione Capreolum trahere D. Thomam in ſententiam Scoti, ſed debebat dicere, ſi mens D. Thomæ eſt, quam Capreolus dicit, ergo Scotus in eadem ſententia eſt cum D. Thoma, ſed dimittamus has nugas in quibus Faber tantopere premit: ad ſecundum, dignum riſu eſt cum D. Thomas multis annis Scotum præceſerit, quomodo Faber aſſummat probandum non fuiſſe mentem D. Thomæ coincidere cum Scoto; nunquid vis Faber D. Thomam ſpiritu prophetico præuidiſſe Scotum multis poſt annis ſurrecturũ qui eius doctrinã totis neruis labefactare niteretur. Proinde illum quaſi exoſum habendo noluiſſe cum illo in aliquo conuenire? ergo ne opus eſt prophetijs, & oraculis vt tua verba ſaluentur? cum arguis: D. Thomas ponit diſcrimen inter

Ad primũ.

Ad ſecundũ.

Ad tertium.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

inter ſcientias naturales, & Theologiam, quod illę lumine naturali, hæc lumine ſupernaturali eaſdem res tractant, ergo indicat illas diferre ſolum pœnes diuerſa lumina, & non pęnes diuerſa ſcibilia, non vides vir doctè, quod eadem res accepta quo ad diuerſa prædicata de illa ſcibilia induit rationem plurium ſcibilium? & quod tractando Theologia, & ſcientiæ naturales de eiſdem rebus ſub diuerſis luminibus facientibus in eis apparere, & penetrare diuerſas conditiones ſcibiles, tractāt de diuerſis ſcibilibus formaliter? vel de eiſdem rebus quoad diuerſas conditiones ſcibiles? non ne legiſti in Scoto quæſt. 1. prol. in reſponſione ad ſecundum pro philoſophis hæc verba, quamuis in ſcientijs ſpeculatiuis tractetur de omnibus ſpeculabilibus non tamen tractatur, quantum ad omnia, ideo quo ad ea, quoad quæ non tractatur, neceſſaria eſt Diuina reuelatio? ecce tuus ipſe pręceptor cōtra te vociferat non eſſe bonam conſequentiam; ſcientiæ naturales, & Theologia tractant de eiſdem rebus ſub diuerſis luminibus, ergo non differunt pęnes diuerſa ſcibilia, quia de illis eiſdem rebus tractare poſſunt quoad diuerſas conditiones ſcibiles, & ſic pœnes ſcibilia differre; Et cum ſubiungis ſi diuerſitas luminum diuerſitatem ſcibilium infert male diceret D. Thomas Theologiam, & ſcientias naturales eſſe de eiſdem rebus, ſed debebat dicere eſſe de rebus diuerſis, ex dictis patet eſſe rudem conſequentiā, Scotus. n. ipſe vt proximè relatum eſt concedit Theologiam, & ſcientias naturales eſſe de eiſdē rebus quoad diuerſas cōditiones ſcibiles, & inde Theologiam eſſe ſimpliciter neceſſariam, pari ergo modo potuit diſcere D. Thomas theologiam, & ſcientias naturales eſſe de eiſdem rebus quoad diuerſa ſcibilia propter diuerſitatem luminum, vt ſupra, & ſic eſſe de eiſdem rebus materialiter, & de diuerſis ſcibilibus formaliter, & in hoc nihil eſt repugnantiæ vt patet Cum iterum iuſtas de exemplo D. Thomæ, quod Matiales concedit exemplum illud afferri ad probandum non eſſe impoſſibile de eiſdem rebus tractare diuerſas ſciētias ſub diuerſis luminibus, ex dictis patet hoc nihil obſtare, diuerſitas. n. luminū cauſat diuerſitatem ſcibilium formaliter non materialiter, quando autem Matiales concedit diuerſas ſcientias poſſe eſſe de eiſdem rebus ſub diuerſis luminibus, intelligit de eiſdem rebus materialiter non autem de eiſdem ſcibilibus formaliter, quod eſt dicere cum Scoto, quod ſunt de eiſdem rebus, ſed quo ad diuerſa ſcibilia, quia diuerſitas luminum facit apparere, & penetrare diuerſa ſcibilia, ideo æquiuocas, ſēper ab idētitate materiali, & in genere rei ad identitatem formalem in genere ſcibilis & ita nihil concludis.

Ad quartū. Ad quintū.

Deinde probat Faber, quod Capreolus, & Caietanus non ſaluent mē tem D. Thomæ, quia D. Thom. prima par. quæſt. 1. art. 1. ad ſecundum claris verbis oſtendit Theologiam non eſſe ſuperfluam, non quia de diuerſis ſcibilibus ſit, ſed quia eſt de eiſdem rebus ſub alio lumine. Accurrit Matiales falſum eſſe totum aſſumptum T. Thomas enim ibi vocabulum ſuperflui, non nominat, ſed probat neceſſitatem Theologiæ, vel indirectè euertendo medium quo neceſſitas impugnabatur, vt ex Bānes explicatum eſt, vel directè ſtatuendo diuerſitatem luminum cauſantem diuerſitatem ſcibilium, vt relatum eſt ex Capreolo, & Caietano. Remurmurat nunc Faber hæc reſponſio, inquit, non eſt noua reſponſio, ſed vana repetitio prius dictorum; deinde quamuis D. Thomas ibi non habeat hoc vocabulum (ſuperfluum) formaliter, habet tamē virtualiter; proponens enim D. Thomas argumentum philoſophorum ſcribit ſic, non fuit igitur neceſſarium præter philoſophicas diſciplinas aliā doctrinam haberi (ex hoc tacitē infert Faber, quod Theologia eſt ſuperflua

1. Obiectio. Fabri. 2. Obiectio.

ſi

ſi enim non eſt neceſſaria ſequitur, quod ſit ſuperflua, quia quod non eſt neceſſarium, eſt ſuperfluum) & poſtea affert D. Thomas reſponſionem, quæ ibi habetur, quę ſi argumento ſatisfacere debet, ſicut argumentum concludebat Theologiam non eſſe neceſſariam, ſed ſuperfluam, ita & ipſa concludere debet per oppoſitum non eſſe ſuperfluam, ſed neceſſariam, & ſic benè retulit Faber, quod retulit, de ſuperfluo, & neceſsario ex D. Thoma, & male ponit Mariales diſcrimen inter non eſse neceſsarium, & eſse ſuperfluum.

Ad primũ. Solutio quam bene Capreolus, & Caietanus ſaluent mentem D. Thom. ex dictis paulo ſuperius eſt ſatis manifeſtum; quod autem reſponſio Mariales ſit alia à reſpõſione ſuperius data ex eo patere põt, ꝙ diuerſis dictis obuiant, licet eidem doctrinæ innitãtur, non enim eſt abſonum eandem doctrinam afferri diuerſimodè applicatam ad diuerſa obiecta;

Ad ſecundũ. Niteris poſtea oſtendere ſuperfluum, & non neceſsarium, idem eſse, & latras acerbè in Mariales docentem oppoſitum, & te fundas in verbis relatis D. Thomæ, dicisq; te non infideliter retuliſse ex D. Thom. quod retuliſti, quia licet illud vocabulum (ſuperfluum) non habeatur in D. Thom. formaliter, tamen habetur virtualiter, dic mihi ſat ne eſt ad fidelem relationem referre, quod virtualiter continetur in Doctore relato an non? ſi non quomodo ergo fidelis fuiſti? ſi ſic, cur tam barbarè ſæpe Marialem inſimulas de infidelitate, quod ex te retulerit, quod in te formaliter non reperitur; ſed tantum virtualiter? ſed videamus noua doctrina quam affers de conuertibilitate ſuperflui & nõ neceſsarij, quid ſubſiſtẽtiæ habeat, & an in D. Thoma virtualiter contineatur; Quis quęſo aſſerat equũ eſſe ſuperfluum ituro Romam, quia cum poſſit ire pedeſter neceſſarius ſimpliciter illi nõ eſt? & mathematicam eſſe ſuperfluam homini, quia non eſt illi ſimpliciter neceſſaria, & ſimilia? clamantibus gramaticis cum D. Gregorio ſuperfluum eſſe, quod omni vtilitate caret, & conſtante ad ſenſum equum, & mathematicam eſſe homini vtilia? nonne eſſet inſania primæ claſſis dicere, omnis homo eſt animal ergo omne animal eſt homo, clamantibus logicis vniuerſalẽ affirmatiuam non conuerti in aliam vniuerſalẽ affirmatiuam, & conſtante ad ſenſum animal in plus ſe habere homine? quomodo ergo nõ erit inſania manifeſta, dicere ſuperfluum, & non neceſſariũ conuerti, cum omne ſuperfluum ſit non neceſſarium non autem contra omne non neceſſarium ſuperfluum, vt patet inęquo non neceſſario, & tamen nõ ſuperfluo ituro Romã? ergo falſo ne dicam inſaniter, dicis Faber ſuperfluum, & non neceſſarium conuerti, & quod qui aſſerit vnum formaliter, aſſerit, & aliud virtualiter, & ſic corruunt omnia, quæ tam mordaciter ſcribis, vt arguatur ſic, aut omne non neceſſarium eſt ſuperfluum, aut non, ſi ſic ergo equus eſt ſuperfluus, ituro Romam cõtra ſenſum, vt ſupra, ſi non, ergo dicendo D. Thom. Theologiam non eſſe neceſſariam, non dicit implicitè illam eſſe ſuperfluam, vt Faber ſomniat, ergo falſum eſt ſuperfluum, & non neceſſarium conuerti, & falſius hoc refert Faber, vt aſſertum virtualiter à D. Thoma, & ita &c.

Tertia reſponſio ex Mariales ad Scoti argumentum contra D. Thomam uim dicatur à calumnijs Fabri.

POſtquam Mariales retulit reſponſa, quæ Capreolus, & Bannes afferunt Scoti argumento adhibet & ipſe duas alias ſolutiones. Prior eſt huiuſmodi. Neceſſitas ſimpliciter duplex alia abſoluta, alia cõditionata ſi Theologia comparetur ad ſupernaturalia, eſt neceſſaria ſimpliciter abſolutè, ſi comparetur ad naturalia eſt neceſsaria ſimpliciter non abſolutè, ſed conditio-

ditionatè, ideſt ex ſuppoſitione quod illa citò, tutè & ab omnibus cognoſci debeāt, veluti & equus eſt neceſſarius ſimpliciter ex ſuppoſitione quod aliquis comodè velit ire Romam, vbi cibus eſt neceſſarius ſimpliciter abſolutè animali, quia implicat animal viuere ſine cibo. Contra hanc doctrinam ex more profert Faber mille cōuitia. Eſt, inquit, abuſio terminorū dicere aliquid eſſe neceſſarium ſimpliciter abſolute, & aliquid neceſſariū ſimpliciter non abſolute, vera & vulgata diſtinctio erat dicere Theologia conſiderata quoad prædicata cognita à Philoſophis eſt neceſſaria ſecundum quid non ſimpliciter, conſiderata vero quoad prædicata ignota philoſophis, eſt neceſſaria ſimpliciter,

1. Obiectio Fabri.

2. Obiectio.

Deinde inanis, inquit, eſt præfata diſtinctio, quia non quæritur à Theologis an Theologia ſit neceſſaria quo ad prædicata nota Philoſophis, ſed an ſit neceſſaria ad cognoſcendum prædicata ignota philoſophis, & communis concluſio eſt, quod eſt neceſſaria ſimpliciter, quia nullo modo ſine illa notitia poteſt haberi cognitio neceſſaria ad ſalutem conſequendam, & D. Thomas non ſaluat hanc neceſſitatē dum concedit Theologiam, & ſcientias naturales, eſſe de eiſdem ſcibilibus ergo Mariales nihil peculiare dicit, & D. Thomam non tuetur ab argumento Scoti.

Ad primum.

Solutio. Diſtinctio Mariales eſt deſumpta ex Caietano, quæ ſi tibi non placebat Faber debebas rationibus eā reiicere non Conuitijs; nonne legiſti celebrem illam diſtinctionem de neceſſario ſimpliciter abſolute (quo pacto homo eſt neceſſario rationalis) & de neceſſario ſimpliciter ex ſuppoſitione (quo pacto vnumquodque dum eſt neceſſario eſt ſcđm Ariſto. & aqua calida neceſſario calefacit) ſimilis eſt diſtinctio Marialis vt patet eam ponderanti, & tu Faber in eam tot contumelias iacis? verum quidem eſt vulgatam diſtinctionem eſſe, Theologiam in ordine ad ſupernaturalia eſſe ſimpliciter neceſſariam, in ordine ad naturalia eſſe neceſſariam ſolum ſecundum quid, loquendo de neceſſitate Theologiæ ex parte ſcientis, at inferre hinc ergo diſtinctio allata a Mariales non eſt bona, eſt fallacia quam vocant impertinentiæ, maxime nulla reddita ratione non bonitatis.

Ad ſecūdum

Ad ſecundum quis reſpondere poterit? non vides bone homo tranſitū quē facis ab eo quod D. Thomas ſcribit ſoluendo argumenta negantium Theologiam neceſſariam, ad id quod Theologi de Theologia inquirunt? D. Thomas conueniendo in terminis cum arguentibus, affert reſponſum, quod ſæpius replicatum eſt, vt quid ergo tu nunc ad Theologos, ad Theologorumque intentionem, & quæſita recurris? ſed nec hic impropoſitatus recurſus in aliquo te iuuat.

Audi non ne probatum eſt ex Caietano, & Capreolo, quód dicendo D. Thomas Theologiam verſari cum ſcientiis naturalibus circa eaſdem res ſub diuerſo lumine, indicat verſare circa eaſdem res quoad diuerſa ſcibilia, quod ipſum docuit, & Scotus in prologo vt relatum eſt, quæ ſcibilia diuerſa, ſunt conditiones ſupernaturales quas lumen Theologicum facit penetrare in rebus naturalibus reſpectu quarum Theologia eſt ſimpliciter neceſſaria vt omnes confitetur, ergo eſt apertum mendacium id quod dicis, quod aſſerendo D. Thomas, Theologiam, & Scientias naturales eſſe de eiſdem rebus ſub diuerſo lumine, non ſaluet diuerſitatem ſcibilium & Theologiæ neceſſitatem, & ſic omnia quę Faber ſcribis plena ſunt falſitatis, & æquiuocationis, & mordacitatis abſq; probatione.

Quarta ratio ex Mariales ad Scoti argumentum contra D. Thomam protegitur ab obiectis Fabri.

VLtima reſponſio, quam Mariales adhibet ad Scoti impugnationem eſt hæc. Eo ipſo inquit, quod D. Thomas probat theologiam realiter diſtingui à ſcientijs naturalibus, probat eam eſſe neceſſariam, ſimpliciter ſecundum ſe ipſam licet non ex parte habentis illam, ſcientia enim dicitur neceſſaria ſecundum ſe ipſam, quæ vel tradit non tradita, vel tradit alio modo quam in alijs ſcientijs.

1. Obiectio. Fabri. Contra hanc ſolutionem inuehit Faber his verbis; hic iterum reddit Mariales ad probandum, & tamen hic non eſt diſputatio de probatione ſed de ſolutione, peſſimus inquit, vt ſoluas, non vt probes, deinde inepta eſt, ait, diſtinctio de neceſſitate Theologiæ ſecundum ſe ipſam, & ex parte habentis illam, quia ridiculum eſt dicere aliquid eſſe neceſſarium ſecundũ ſe, & non reſpectu alicuius habentis (ſecus eius neceſſitas eſſet neceſſitas in abſtracto,) & cognitio viatoris, cũ ſit accidens, nequit eſſe ens per ſe neceſſe eſſe, cuiuſmodi eſt ſolus Deus, vnde cum duæ ſint ſpecies intellectualis creaturæ, ſcilicet Angelus, & homo, ſi Theologia eſt ſecũdum ſe neceſſaria, alteri eorum neceſſaria eſſe debet, & ſic neceſſitas ſcientiæ ſecundum ſe ipſam diſtincta contra neceſſitatem ex parte ſubiecti eſt membrum vanum.

2. Obiectio.

Solutio. Demum dicendo Mariales, præfatas neceſſitates contra diſtingui, cum aſſerat Theologiam eſſe ſecundum ſe ipſam ſimpliciter neceſſariam, negare habet illam eſſe neceſſariam ſimpliciter viatori, quod eſt erroneum, & contra ipſummet Marialem, docentem cum D. Thoma ſine doctrina reuelata viatorem vltimum ſuum finem aſſequi non poſſe.

Ad primũ. Solutio. Si non placet tibi amice illud vocabulum, (probat) accipe loco illius illud vocabulum, (aſſerit,) & dic quod aſſerendo D. Thomas, Theologiam diſtingui à ſcientijs naturalibus, aſſerit illam neceſſariam ſimpliciter ſecundum ſe ipſam, & ſic latrandi ſiné fac Ieſus pro vno verbuſculo, tot ſtrepitus, & clamores? non tamen exiſtimes me concedere Marialem minus recte locutum; ſupra enim oſtendi, quod ſoluere argumenta eſt indirecte probare concluſionem contra quam ſunt; D. Thomas autem loco à te citato ſoluit argumenta negantium Theologiæ neceſſitatem, ergo probat indirecte neceſſitatem negatã, & ſic bene vtitur Mariales vocabulo probationis, & cum inſtas peto vt ſoluas, nõ vt probes: eſt inſtantia fatua; quia (vt tetigi) ſoluere argumentũ eſt indirectè probare concluſionem contra quam eſt.

Ad ſecundũ. Ad ſecundum vſque adeò illæ neceſſitates contradiſtinguuntur, vt neceſſitas ex parte ſubiecti non competat ſcientiæ niſi per accidens, materialiter, & qua qualitas eſt, non autẽ qua ſcientia eſt; ſcientia enim, vt ſcientia, reſpicit obiectum, non ſubiectum, & eſt ſciti, non ſcientis, vt dicitur 5. Met. & vt ſic non eſt accidens, ſed abſtrahit à ſubſtantia, & accidẽte, & dicitur neceſſaria ſecundum ſe ſimpliciter; quia ſine illa obiectum ſciri non poteſt, ſcientia enim & ſcitum ſunt correlatiua, correlatiua autem ad inuicẽ ſpecificantur, & ſic ſunt ſibi viciſſim neceſſaria ſimpliciter, vt neutrum ſine altero eſſe, aut cognoſci poſſit, vt docemur in logicis, & 5. Met. quatenus autem ſcientia qualitas eſt, indiget ſubiecto, & ſubiectum illa modo ſuo, ſed hæc eſt conſideratio ſcientiæ materialis, & quoad ea, quæ per accidens conueniunt ſcientiæ, qua ſcientia eſt; ideò, & neceſſitas, quæ ex hac parte obuenit ſcientiæ, obuenit per accidẽs, & ſic tantum abeſt, quod diſtinctio de neceſſitate ſcientiæ ſecũdum ſe ipſam, & ex parte ſubiecti ſit ridicula, vt ſit neceſſaria, & eam negare ſit oſtendere

D non

non intelligere terminos, nec penetrare formalitates rerum.

Et cum adiūgitur, quod omne neceſſarium reſpectu alicuius habentis eſt neceſſarium, negatur hoc, vt falſum & in ſubſtantijs, & in accidentibus, & in his quæ abſtrahūt ab vtriſq; ſanè hominē eſſe rationalem eſt ſimpliciter ſecundum ſe neceſſarium; aſſignet Faber cui habenti neceſſariū ſit; accidens eſſe aptum inhærere ſubiecto eſt neceſſarium ſecundum ſe ſimpliciter, quod nec Deus alterare pōt, manente natura accidentis. Dicat Faber cui habenti neceſſarium ſit: calor eſt ſimpliciter neceſſarius ad calefaciendum, & tamen aquæ habenti illū neceſsarius non eſt imò repugnat; ſciētia demum, vt ſcientia eſt, abſtrahit à ſubſtantia, & accidente, vt prætactum eſt, eſt neceſſaria ſimpliciter ad attingendum ſcibile (& hæc vocatur neceſſitas ſcientiæ ſecundum ſe) & tamen non eſt ſimpliciter neceſsaria habenti illam, non enim eſt neceſsarium homini habere mathematicam, vel phyſicam, ergo falſum eſt Faber, quod omne neceſsarium reſpectu alicuius habentis neceſsarium ſit, & tamen totū tuum diſcurſum in hoc falſo fundamento fundas, vt patet. Et cum probas illud, quia ſecus neceſſitas eſſet neceſſitas in abſtracto, quis hanc ſubtilitatem non admiretur? non eſt neceſſitas in abſtracto Faber bone, ſed ſcientia, quæ in ſubiecto eſt (non vt ſubiectum afficit, ſed vt reſpicit obiectū) neceſſaria eſt, veluti & calor inhæret aquæ, & tamen non in ordine ad aquam, cui repugnat; ſed in ordine ad calefaciendum neceſſarius eſt. & cum adiungis ſcientiam viatoris eſſe accidens, & non ens neceſse eſse, qualis eſt ſolus Deus, ab re hoc adiungis; ſciētia enim etiam viatoris qua ſcientia eſt, reſpicit obiectum non ſubiectum, & vt ſic non eſt ſubſtantia, vel accidens, ſed abſtrahat ab vtriſque (licèt materialiter ſit determinate accidens) ſimiliter non eſt idem dictu, aliquid eſſe neceſſarium ſecundum ſe, & aliquid eſſe ens neceſse eſse. Primum conuenit multis creaturis, & vniuerſim omnibus eſsentijs rerum. Secundum conuenit ſoli Deo. Nos hic loquimur de neceſſitate ſcientiæ ſecundum ſe, & non de ente neceſse eſse, ab re ergo ò Faber adducis omnia quæ adducis.

Cum iterum premis, quod ſi Theologia eſt neceſsaria ſecundum ſe, neceſsaria eſse debet homini, vel Angelo: non vides ſimplex, te tranſire à neceſſitate Theologiæ ſecundū ſeipſam ad neceſſitatem illius ex parte ſubiecti? conueniendo tamen in terminis tecum, dico debere eſſe neceſſariā homini, vel Angelo non in ratione viatorum, vel entis, ſed in ratione ſciētis, in hoc ſenſu, quòd ſi Angelus, & homo Theologalia ſcire debeant, indigent Theologia, cum quo ſtat, vt Angelus, & homo ſecundum ſe conſiderati Theologia non indigeant ſimpliciter, & maximè in ordine ad naturalia: itaque ſcientia eſt neceſſaria ſecundum ſeipſam ſimpliciter ſine qua nec talia ſcibilia ſimpliciter, vel tali modo ſciri poſſunt, nec homo, vel Angelus talia ſcibilia ſimpliciter, vel tali modo ſcire nō poſſunt, & ſic optimè ſibi correſpondent ſciens, ſcientia, & ſcibile, ſingula ſumpta formaliter, ſcientia. n. eſt, qua ſciens ſcit ſcibilia; & quando dicitur, quod neceſſitas ſcientiæ ſecundum ſeipſam diſtinguitur contra neceſſitatem ſe tenentem ex parte ſubiecti, intelligitur de ſubiecto accepto in genere entis, vel viatoris, non in genere ſcientis, vel ſcitiui.

Cum adiūgitur Marialem cogi negare Theologiam eſſe ſimpliciter neceſſariam viatori, quod eſt erroneum, & contra ſeipſum. Non poſſum hic non exclamare. Corydon, Corydon, quæ te dementia cępit? Vnde hanc inſaniam deducis ex dictis Mariales? nunquid neceſſitas ſcientiæ ſecūdum ſe, & ex parte ſubiecti, ita opponūtur, vt ſimul ſtare non poſſint? vt ſi Mariales affirmat Theologiam eſſe ſecun- Ad tertium.

dum

dum ſe ſimpliciter neceſſariam cogatur negare, eſſe ſimpliciter neceſſariã ex parte ſubiecti? nõn cernis Faber calorem eſſe ſimpliciter neceſſarium ad calefaciendum, & cum hoc eſſe ſimpliciter neceſſarium, & igni calefacienti? cur ergo, & ſcientia ſimpliciter neceſſaria eſſe non poterit ad ſciendum talia ſcibilia, & ſcienti ad acquirendum aliquid? quid repugnantiæ, & incompoſſibilitatis in hoc? Dato tamen quod incompoſſibiles eſſent, nunquid non legiſti contradictoriã reſpectu diuorſorum, contradictoriã non eſſe, & de eodem ſimul verificari poſſe? quando Mariales dicit Theologiam eſſe ſecundum ſe ſimpliciter neceſſariam, loquitur in ordine ad naturalia (quod aſſertum tu tantopere exprobras) quando tu colligis, quod Theologia non eſſet ſimpliciter neceſſaria viatori (quod eſt erroneum) loqueris de Theologia in ordine ad ſupernaturalia; in ordine enim ad naturalia perſpicuum eſt non eſſe erroneũ negare Theologiam ſimpliciter neceſſariã viatori) proinde præfatæ neceſſitates nõ penes eadem, ſed penes diuerſa ſcibilia attenduntur, ergo non apponuntur, ergo ex hoc, quod Mariales affirmat Theologiã eſſe ſimpliciter neceſſariã ſm̃ ſeipſam non cogitur negare illã eſſe ſimpliciter neceſſariã viatori, vt tu ridiculè deducis.

An Theologia, & ſcientię naturales in ordine ad naturalia ſint ſecundum ſe ęquè neceſſarię ſimpliciter? Fabri Phantaſia dephantaſiatur.

VLtimo refert Faber quoddã Marialis aſſertum, & in illud ex more furit conuitijs, & cõtumelijs. aſſertum eſt huiuſmodi. probato Theologiam conſiderare res alio modo, quàm conſiderentur in ſcientijs naturalibus, probatum manet conſequenter vtraſque eſſe ſimpliciter neceſſarias ſecundum ſeipſas. Cõtra hoc obijcit Faber, ergo ſecundum Mariales, D. Thomas vult in ſolutione argumenti phyloſophorum, ita eſſe neceſſariam Theologiam, ſicut ſunt ſcientiæ naturales, quod tamen nec ſomniauit D. Thomas, vt patet, nec facit ad propoſitum, quia diſputatur de neceſsitate Theologiæ non de neceſsitate ſcientiarum naturalium, neque tandẽ ſciẽtiæ naturales ſunt neceſsariæ viatori ad finem ſupernaturalem conſequendum, hoc enim eſt derogare ſufficientiæ, & dignitati Sacræ Theologiæ, vt patet, ergo. Eſſet & alij errores detegẽdi inquit, Faber ſed ſũ laxus his nugis.

Solutio. Quanto iam ex tempore incepiſti Faber ſcrupulis exagitari, vt concedere renuas in Theologia eſſe idem neceſsitatis reſpectu naturalium quod eſt in ſcientijs naturalibus ipſis? medebor, ego tuis ſcrupulis. Audi D. Thomas in ſolutione argumenti. Philoſophorum intendit oſtendere Theologiam non recidere in ordinẽ ſcientiarum naturalium, ſed eſse ordinis ſupernaturalis, & generis diuerſi ab illis, ob diuerſitatem luminis ſub quo naturalia conſiderat, vt ſuperius declaratum eſt, hoc autem ſtatuto, implicitè probatum relinquit, ſcientias naturales, & Theologiam in ordine ad naturalia eſse ſecundum ſe ſimpliciter neceſsarias, quia quælibet earum res eaſdem conſiderat, & quoad diuerſas conditiones, & diuerſo modo, medio, ac lumine, & ſcientia neceſsaria ſimpliciter ſecundum ſeipſam dicitur, quę vel tradit non tradita in alia ſcientia, vel tradit alio modo; nunc Theologia altiori, tutiori, & vniuerſaliori modo tradit, quæ traduntur in ſcientijs naturalibus, & quod eſt perfectius videtur magis intentũ à natura, ideo Theologia in ordine ad naturalia nedũ eſt ſecundum ſeipſam neceſsaria, verum, & quodãmodo neceſſaria magis ſcientijs naturalibus ipſis, quæ omnia implicitè, & conſequenter traduntur à D. Tho. licet explicitè, & principaliter, non loquatur niſi de Theologię neceſſitate, ergo immerito aſpiciẽs Faber ſolito ſuo acumine cor

ticem non transfodiente id ſolum, quod explicitè habetur in textu negat D. Tho. ibi loqui niſi de Theologię neceſſitate, & cum dicit ſe ſupra probaſſe oppoſitum ex verbis D. Tho. ſupra, & ego oſtendi Fabrum non habuiſſe ocularia cum D. Thomam legit, propterea vanè infert ex verbis eius quod infert, & cum adiungit D. Thom. ibi, nec verbum dicere de neceſſitate ſciētiarum naturalium, vtiq; explicitè ita eſt, cæterum implicitè ſecus eſt; ex doctrina enim, quam dat colligitur neceſſitas, tùm Theologiæ, tùm ſcientiarum naturalium, ſecundum ſe ipſas, vt proximè probatum eſt; neque peccatum eſt, vltra id, quod principaliter tractatur, ſubijcere aliquid aliud, imò id doctoris, & doctrinę vbertatem arguit.

Cum demum concluditur ſcientias naturales nō eſſe neceſſarias viatori ad ſalutem, & oppoſitum præiudicare Theologiæ dignitati: quorſum Faber præcedentium diſcurſuum ſplendorem vltima hac vanitate deturpas? quis aſſerit hunc ſtultum errorem, ſcientias naturales eſſe ſimpliciter neceſſarias viatori ad ſalutem? certè nec Mariales, nec alius ex Thomiſtis hanc inſaniam, vel ſomniarūt; Mariales enim vult Theologiam eſſe neceſſariam in ordine ad naturalia, & ſimiliter ſcientias naturales, neceſſitate ſe tenente ex parte ſcientiæ ſecundum ſeipſam, non neceſſitate ſe tenente ex parte ſubiecti, vt patet ex ſupradictis: cum ergo hæc fatuitas à nemine proferatur quorſum eam hoc inducis? quorſum impugnas? & contra quos? cur æquiuocas ex more à neceſſitate ſcientiæ ſecundum ſe, ad neceſſitatē eiuſdē ex parte ſubiecti? iudicet ergo lector ex his, vter nugas ſcripſerit, Mariales an Faber? claudit hic Faber ſecundam ſuam cōſiderationē multis latratibus in Mariales, & ſpeciatim dicit ſe eſſe laſſum in referendis nugis, claudo, & ego ſecundam meam Controuerſiam, exclamando, ò ingenium excellens quod etiam prętenſæ nugę tantopere fatigant?

CONTROVERSIA III.

Quid intelligat D. Thomas doctrinę reuelatę nomine cum ait vltra ſcientias naturales eſſe neceſſariam aliam doctrinam reuelatam? & an Mariales rectè defendat Thomiſtas ab impugnationibus Fabri.

Concl. Doctrinę reuelatę nomine intelligit D. Thomas non fidem aut Theologiam, ſed notitiam communicatam à Deo ſic in genere, abſtractam à fide, & à Theologia ab euidentia, & ineuidentia, & ab omnibus euidentiæ, & ineuidentiæ modis, vt Caietanus exponit, Mariales optimè protegit Thomiſtas ab impugnationibus Fabri. prima pars aſſerti probatur latè à Mariales cont. 3. vide ibi, ſecunda pars probatur. diſcurrēdo breuiter per ſingula Fabri obiecta, & ea diſſoluēdo: Vult Faber quod quādo doctores, (& præſertim Scotus) quærunt an vltra ſcientias naturales ſit neceſſaria alia doctrina reuelata, doctrinæ reuelatæ nomine intelligere fidem acquiſitam quod idem, inquit, intelligere debent, & alij doctores, talis. n. notitia reuelata eſt ineuidens, omnis autem notitia quę non habet euidentiam apud intellectum creatū, & illę aſſentit propter reuelātem, & doctorem eſt fides, ergo cum doctores quærunt (an vltra ſcientias naturales ſit neceſſaria alia doctrina reuelata per doctrinam reuelatam intelligunt fidem acquiſitam.) 1. Fabri obiectio.

2. Solutio Certe nec ſi Plato reſurgeret peracuto tuo diſcurſui, Faber plene ſatiſfaceret: audi tamen vnum verbuſculum, quid cauſæ quod ſub illa propoſitione quam aſſumis vt maiorem (omnis notitia quæ non habet euidentiam apud intellectum creatum, ſed aſſentit illi propter reuelantem, & docentem eſt fides) non ſubſumis minorem quæ ſubſumenda erat, nimirum, Solutio 2.

ſed

ſed notitia reuelata (de cuius neceſſitate eſt hic quæſtio) eſt huiuſmodi (hæc minor, erat ſubſumenda, ut patet ſi in forma ſyllogiſtica procedere volebas & tunc ſequebatur concluſio ineuitabiliter, & tamen illa non ſub ſumpſiſti) cur in quam illam non ſub ſumpſiſti? cum ſub intellectam non probaſti? cur ſic in compactè, truncatè, & confusè loqueris, quis horror tre mentem calamum inuaſit, ob quem è memoria exciderit illa præpoſitio in qua tota negotij præſentiſque diſputationis sũma poſita eſt? noueris Faber quidquid ſit de maiori quã aſſumpſiſti. Minorem quæ tibi ſubſumenda erat vt ſupra, falſam eſſe petentẽ Principium, & forte erroneam, id.n. de quo nunc. Diſputatur eſt, an doctrina reuelata (de qua quæritur an ſit neceſſaria a ſalutem) ſit fides, vel Theologia aut aliqua alia notitia, tu autem aſſumis vt principium irrefragabile huiuſmodi doctrinam releuatam eſſe fidem quod tamẽ eſt falſum, & eroneũ, paulo.n. inferius demonſtrabo non omnem doctrinam reuelatam etiam in viatoribus eſſe fidem, ergo vndequaque ſpectetur tuus diſcurſus ruinoſus eſt, & corruit; vt arguatur ſic aut vis doctores loqui de notitia reuelata inevidente cuius intellectus aſſentit propter reuelantem, & docentem, aut de doctrina reuelata euidente, aut de doctrina reuelata, abſtrahente ab vtroque, ſi primum eſt manifeſta petitio principij vt dictum eſt, ſi ſecundum hoc eſt totum oppoſitum eius quod cotẽdis, ſi tertium incidis in id quod Caietanus vult vt patet ex concluſione poſita ergo &c.

Adiungit Faber, etiam Caietanum tenetur dicere per doctrinam reuelatam intelligi fidem acquiſita. Nam vult per doctrinam reuelatam intelligi cognitionem communicatam à Deo abſtrahentem à fide, & ſcientia falſum autem eſt, Theologiam eſſe habitum eſſentialiter diſtinctum à fide acquiſita, quia totus habitus Theologicus in viatore procedit ex principijs creditis, con ſequenter concluſiones Theologicæ ſunt creditæ, ergo habitus Theologicus eſt fides, non cognitio in communi, vt abſtrahit à fide, & ſcientia vt Caietanus vult.

Solutio Scirem libenter Faber in qua figura, & modo ſit tuus hic diſcurſus. Caietanus tenet per doctrinam reuelatam intelligi notitiam abſtrahentiam à fide, & ſcientia, ſed falſum eſt Theologiam eſſe habitum diſtinctũ eſſentialiter à fide, ergo per doctrinã reuelatam cogitur dicere intelligi fidem acquiſitã: conectat qui poteſt de ſcoherentes, & diſparatiſſimas has propoſitiones, diſcurſus in quam non eſt nec in modo nec in figura, & præterea falſa eſt minor, & nullam connexionem habet cum maiori, habitus .n. Theologicus eſt eſſentialiter diſtinctus à fide vt demonſtrat Mariales contr. 29. vbi, & ſoluit. Omnia Fabri obiecta in contrariũ, contra quas ſolutiones, & Marialis demonſtrationes debebat, Faber aliquid replicare ſi quod replicaret habebat, aut non ſe vi ctum ſenſiebat, ſequitur, ergo concluſio, Fabri concluſionẽ eſſe diſparatiſſimum diſparatum de quo in progreſſũ plura.

Cur Doctrinę reuelatę nomine intelligatur doctrina communicata à Deo abſtrahens à fide, & ſcientia? rationes varię Mariales, quę ſingulę proteguntur à Fabri calumnys.

QVod autem per doctrinam reuelatam intelligat D. Thomas notitiam communicatam a Deo in genere abſtrahentem a fide, & ſcientia, vt Caieta. exponit, probatur à Mariales multis rõnibus, quas ſingulas Faber labefactare admititur, referam ſingulas per ordinem, & ſingulas ſigillatim a Fabri labe eſtergam. Prima ratio Marialis eſt huiuſmodi: Theologi, inqt, abſolutè quærunt an aliqua doctrina reuelata neceſſaria ſit, & non an fides aut Theologum aut aliqua alia doctri *1. Ratio Marialis.*

næ reuelatæ ſpecies, ſed ſermones doctorum abſolute prolati, abſolute intelligendi ſunt, niſi aliquid obſtet in contrarium, quod in præſenti non cõtingit, ergo de doctrina reuelata in genere exponendi ſunt doctores cũ Caietano, & non de fide.

Fabri Obiectio. Contra hanc veritatem inſurgit Faber fol. 24. hæc ratio (inquit) deſtruit ſeipſam; nam quæro a Mariales quid ſignificat doctrina reuelata? nonne ſignificat illam cognitionem, quæ non habet euidentiam ex obiecto, ſed ex reuelante? ea enim eſt quã nos credimus reuelanti & non quia nos illam ſic eſſe in re cognoſcamus, at talis cognitio vt omnes norunt eſt fides, ergo hæc prima ratio pro nobis, & contra Marialem facit, & licet doctores explicite non quærant an ſit neceſſaria fides acquiſita tamen tacitè id intelligant.

Solutio. Solutio. Ex quo caldario deſpumaſti Faber illam erroneam propoſitionẽ: (notitia reuelata ſignificat cognitionem nõ habentem euidentiam ex obiecto, ſed ex reuelante, quam oẽs norunt eſſe fidem? Dic mihi notitia quam beati habent per reuelationem extra verbum, nonne eſt formaliſſimè reuelata, & tamen eſt euidens, & non fides? prophetia, vel prophetica cognitio nonne eſt formaliſſimè reuelata, & tamen eſt, vel poteſt eſſe euidens, & non eſt fides, vnde fuit in Chriſto Domino, in quo non fuit fides, vt docemur 3. parte? communis. n. doctorum confeſſio eſt in materia de prophetia euidentiam propheta.orum eſſe de ratione formali p.ophetiæ: quod quo D.Thomas modo intelligendum ſit, vide 2.2.q. 171.ar.5. & 3.p.q.7. art.8. Nonne dona Spiritus ſancti pertinentia ad intellectum, important notitiam formaliſſime reuelatam, & tamen non ſunt fides, nec neceſſario ineuidentia, vnde fuerunt in Chriſto Domino, & remanent in patria? & aliæ ſimiles inſtantiæ afferri, poſſent, ex quibus conuincitur propoſitionem, quam aſſumis, vt fundamentum præſentis, & aliorũ tuorum diſcurſuum (nimirum quòd notitia reuelata ſignificat notitiam non euidentem ex obiecto, ſed ex reuelante quę eſt fides) eſſe falſam & erroneam, ſecundum illam. n. prophetia, & dona Spiritus ſancti, imò & ſcientiæ infuſæ cum ſint doctrinæ reuelatæ, eſſent ineuidentia, & fides, proinde non fuiſſent in Chriſto Domino, nec manerent in beatis, contra communem ſententiam, & ſcripturam vocantem paſſim Chriſtum Dominum Prophetam, & teſtantem in illo pleniſſimè fuiſſe dona Spiritus ſancti cũ ſcientiis infuſis; in quo tamen, & in beatis non datur fides de quo ſtatim plura alia dicentur.

Maneat ergo veritas catholica contra Fabrum, doctrinam reuelatam eſſe notitiam communicatam a Deo, abſtractam ab omnibus communicationis modis ſiue clarè ſiue obſcurè, quo pacto implicat illam eſſe fidem, de cuius ratione formali intrinſeca eſt obſcuritas, ob quam in Patria, vbi omnia clareſcunt, remanere non poteſt.

An omnis Doctrina reuelata & præſertim prophetia ſit fides? aſſertio Fabri periculoſa ſi non erronea repellitur.

SEcunda ratio Mariales pro Caiet. eſt huiuſmodi animal genus non 2, Ratio Mariales. exiſtit à parte rei, niſi in aliqua ſuarũ ſpecierum, & tamen ſecundum ſe nõ eſt aliqua ſuarum ſpecierum, niſi in potentia, ſed abſtrahit ab illis, & qui dicit dari animal in mundo, non dicit dari hominem, aut aliam certam animalis ſpeciem, ſed animal abſolutè, vt abſtrahit à ſpeciebus, ergo pari modo cum cognitio reuelata (inſtar generis contineat ſub ſe fidem Theologiam, & ſimilia, vt ſpecies,) qui dicit eſſe neceſſariam doctrinam reuelatã, non dicit eſſe neceſſariam fidem, aut aliquam aliam doctrinæ reuelatæ ſpeciem, ſed doctrinam reuelatam ſecundum

dũ ſeipſam, vt abſtrahit à ſpeciebus, vt Caietanus exponit. Contra hanc rationem inuehit Faber ita: hæc etiã ratio, inquit, militat contra Mariales, nam dato quod prophetia, & Theologia ſint ſpecies cognitionis reuelatæ magis confirmatur quod cognitio reuelata ſit fides, nam prophetia eſt cognitio, quam habet propheta non euidenter ex obiecto, ſed ex reuelante, ergo cognitio iſta in illo eſt fides, ſimiliter in illis, quibus à propheta reuelatur eſt fides, vnde cognitio, quam nos acquirimus à prophetis veteris teſtamẽti, eſt Fides acquiſita, tunc ſic: quod cõpetit ſpeciebus omnibus ſimul, competit quoque generi, ſed eſſe fidem cõpetit omnibus ſpeciebus cognitionis reuelatæ, ergo cognitio reuelata in cõmuni eſt Fides acquiſita, ſicut ſpecies animalis omnes ſunt animal, quia conueniunt in ratione animalis.

Fabri obiectio.

Solutio. Quid ſibi vult Faber conditionatus ille loquendi modus (dato quod prophetia, & Theologia ſint ſpecies cognitionis reuelatæ) dubitas forſan has eſſe cognitionis reuelatæ ſpecies? ſi notitiæ reuelatæ ſpecies nõ ſunt, dic nobis literatorum omega cuius alterius cognitionis generis ſpecies erunt? Conſulo autem, vt maturius conſideres quæ ſcribis, etenim hęc propoſitio (prophetia eſt fides) male olet, vt ſuperius tetigi, facit enim in Chriſto Domino non fuiſſe prophetiam, in quo non fuit fides, quod tamen eſt contra ſcripturam, crebro vocantem Chriſtum prophetam, & prę ſertim eſt contra D. Auguſt. tractatu 15. in Ioan. ſuper illud domine, vt video propheta es tu, vbi probat Chriſtum prophetam fuiſſe, inter alia, ex illo Deuter. cap. 18. prophetam ſuſcitabo de medio fratrum tuorum ſimilem ſui. Quo eodem teſtimonio vtitur Petrus Apoſtolus Actorum 3. ad finem ad probandum Chriſtum fuiſſe prophetam, & licet de tua recta intentione non dubitem, noueris tamen ſecũdum regulas D. Hierony. hæreſim incurri etiam ex verbis inordinatè prolatis, Deus mandauit vnicuique de proximo ſuo, non potui hęc ex charitate non ſcribere: nunc ad profundiſſimum tuum diſcurſum accedo; nego quod ſi prophetia, & Theologiá ſunt ſpecies cognitionis reuelatæ, magis confirmetur cognitionem reuelatam eſſe fidem, & cũ probatur, quia cognitio prophetæ non habetur euidenter ex obiecto ſed ex reuelante, proinde eſt fides, Deus te illuminet Faber, lege D. Thomam & Caietanũ locis ſupracitatis, & inuenies eſſe totum oppoſitum, inuenies, inquam, de ratione Prophetiæ eſſe vt habeat euidentiam Prophetatorum ex obiecto, quoad partem intellectiuam, vel ſaltim de ratione illius non eſſe obſcuritatem, vt eſt de ratione fidei, propter quod fides nõ fuit in Chriſto, prophetia ſic, ergo ſequitur totum oppoſitũ eius quod cõtendis. Et ſi te piget legere D. Th. & Caiet. lege D. Hierony. in Prol ſuper Ionam, & inuenies hęc aurea verba. His cum propheta illuminante peccatores ciuitatis. Nimiæ Dei miſericordiã conſecuturos videret, ne falſa prædicare videretur, ad denũciãdum interritum eiuſdem Ciuitatis, ire nolebat. Pondera Faber ly, (prophetia illuminante,) & ly (videret miſericordiã conſecuturos) & inde deprehende appud D. Hieron. Prophetiã includere illuminationem, & euidentiam talem, vt faciat Prophetam videre, & non tantum certo credere veritatem Propheta rorum, quam ob cauſam legitur 1. Regum 9. qui Prepheta dicitur hodie, vocabatur olim videns, cuius rationẽ reddit D. Iſid. in lib. ethim. dicbantur (inquit) in veteri teſtamento Prophetæ videntes, quia videbant ea, quæ cæteri non videbant, & proſpiciebant, quæ in myſterio abſondita erant. Vnde, & gentilitas appellabat eos vates, à vi mentis. En Faber Sancti Patres, & Scriptura tectantur, prophetiam eſſe viſionem euidentem Prophetatorum, & tu Magiſter, Theologus,

Solatio.

D. Auguſt.

1. Solutio.

D. Tho. Caiet.

D. Hieron.

D. Iſidorus.

logus,& Doctor Parauorum, hæc tam communia ignoras?heu infortunatos diſcipulos, quis poſtea non moriatur

5.Solutio. riſu,audiens illud aliud quod ſubnectis (vnde cognitio quam nos acquirimus à prophetis veteris teſtamenti eſt fides acquiſita) quaſi valeret conſequentia,cognitio noſtra deriuatur ex cognitione,quam habuerunt prophetæ,ergo ſicut noſtra cognitio eſt fides, ita & cognitio prophetarum; & non appareret clarè fatuitas huius illationis,in hoc alio ſimili diſcurſu,notitia, quam habuerunt prophetæ deriuata fuit ex notitia, quam habebat Deus, iuxta illud D.Hieron.prophetia eſt ſi-

D. Hieron. gnum diuinæ præſcientiæ,notitia prophetarum ſecundum Fabrum eſt fides,ergo & notitia Dei,eſt fides,Quid ſtultius? & tamen eſt diſcurſus idem, & ſub eadem, & ſub eadem forma, ergo ſicut non valet inter prophetas, & Deum,ita nec inter nos & prophetas,& ſic,eua neſcit,& corruit totus fabrilis labor; quid dicis lector, non ne

4. Solutio, bene probauit Faber Marialis diſcurſum in Marialem militare.Sed melius Faber adhuc:audi,aut notitia, quæ ab alia procedit,debet eſſe eiuſdem rõnis cum illa aut non Si non, ergo perperam ex eo quod cognitio deriuata à prophetis fides eſt, notitiam propheticam fidem fuiſſe infers, ſi ſic, ergo cũ notitia prophetarum ex notitia Dei, quæ fides non eſt,proceſſerit, vt proxime ex D. Hieron.relatum eſt, notitia prophetica fides eſſe non potuit,& ſic tuus diſcurſus cõtra te militat,& probat totum oppoſitum intenti, & non ratio Marialis militat in Marialem.

5. Solutio. Cum vlterius adiungis,quod eſſe fidem competit omnibus ſpeciebus doctrinæ reuelatæ,eſt error intolerabilis in fide,prophetia.n.dona Spiritus ſancti pertinentia ad intellectum, ſciẽtiæ infuſæ, reuelationes, quæ fiunt in Patria extra verbum, & ſi qua ſunt alia omnia ſunt ſpecies doctrinæ reuelatæ, & fuerunt in Chriſto Domino,& manent in beatis proinde implicat,quod ſint fides,quæ in Chriſto, & in beatis locum non habet: item reflecto tum argumentum in te o Faber, & probo

6.Solutio. oppoſitum eius quod infers ſic,aut verum eſt id quod conuenit omnibus ſpeciebus ſimul conuenire & generi aut non? ſi non, quomodo hoc aſſumis vt fundamentum tui diſcurſus?ſi ſic:quomodo probas; omnes ſpecies doctrinæ reuelatæ eſſe fidem?aſſumis hoc inſanum pronuntiatum, & non probas?hic eſt apologizandi modus? hoc eſt conuincere, Marialis diſcurſũ contra Marialem militare? ſubſumo ego minorem,& probo, ſed non conuenit omnibus ſpeciebus doctrinæ reuelatæ eſſe fidem, prophetia.n.ſciẽtiæ infuſæ,reuelationes extra verbum,dona Spiritus ſancti pertinentia ad intellectum ſunt verè ſpecies doctrinæ reuelatæ,quia à Deo reuelante,nõ naturæ lumine acquiruntur; & tamen non ſunt fides,vt probatum eſt, ergo nec doctrina reuelata in genere fides eſſe poteſt contra id quod tu contendis,& ita &c.

An fides ſit genus ad omnes ſpecies doctrinæ reuelatæ?

3. Ratio Marialis. TErtio ſic diſputat Mariales pro Caiet. Ariſtotelis documentum eſt eſſe inchoandum à communioribus, ergo antequam tractetur de neceſſitate fidei, & aliarum ſpecierum doctrinæ reuelatæ in particulari, congruũ fuit tractari à Doctoribus prius de neceſſitate doctrinæ reuelatæ ſecundum ſe in & communi, vt Caiet. exponit. Contra hanc rationẽ obijcit

Fabri obiectio. Faber ex dictis,inquit patet abſurditas tertiæ rationis,falſum.n. eſt quod cognitio reuelata ſit quid communius Theologia,& fide abſtractè.

Solutio. Solutio. Ex dictis quoque proximè probatum manet non omnes doctrinæ reuelatæ ſpecies eſſe fidem, imò ꝙ hoc aſſerere eſt erroneũ; quo ſtãte eſt argumentum; aut doctrina reuelata conuertitur cum fide,aut non? ſi non

ergo

ergo bene dicit Mariales doctrinam reuelatam eſſe quid communius fide, & inde prius fuiſſe tractandum de neceſſitate doctrinæ reuelatæ ſecũdum ſe in genere, & poſtea de neceſſitate ſuarum ſpecierum in particulari, ſi ſic, ergo idem erit genus, & ſpecies, vis.n. omnibus ſpeciebus doctrinæ reuelatę competere eſſe fidem; & tamen fides eſt etiam vna ex ſpeciebus doctrinæ reuelatæ. Poteſt audiri aliquid ridiculoſius, ne dicam ſtultius? ſi cognitio reuelata in genere eſt fides acquiſita, & omnibus ſpeciebus doctrinæ reuelatæ competit eſſe fidem, quæ ergo erunt dicti generis ſpecies? quis unquam audiuit dari alias fidei ſpecies, quam fidem infuſam, & acquiſitam? & tamen ſecundum nouum Fabri dogma, dona ſpiritus ſancti, prophetia, ſcientiæ infuſæ, reuelationes beatorum extra verbum, & ſi qua ſunt alia, omnia eſſet ſpecies fidei, quia omnia ſunt ſpecies doctrinæ reuelatæ, vt conſtat, hæc autem ſunt abſurda intolerabilia, vt patet ergo.

Alius diſcurſus contra Fabrum. Melius adhuc Faber. aut de ratione doctrinæ reuelatæ eſt obſcuritas, aut non? ſi non, quomodo ergo ſuperius dixiſti doctrinam reuelatam in genere eſſe fidem, de cuius eſſentia eſt ineuidentia? ſi ſic, quomodo dona ſpiritus ſancti, prophetia, & alia prænarrata, quæ ſecundum omnes doctrinæ reuelatæ ſpecies ſunt, ſpecies illius eſſe poſſunt? nunquid tenebroſum poteſt eſſe genus ad lucidum & ad diaphanum, nunquid oppoſitum de oppoſito eſſentialiter prædicari poteſt? & tamen ſi doctrina reuelata in genere eſſet fides acquiſita, vt Faber ſomniat) de cuius ratione eſt obſcuritas, iam tenebroſum prædicaretur de lucido & diaphano eſſentialiter, doctrina enim reuelata eſt genus, prophetia aũt ſciẽtiæ infuſæ, dona ſpiritusſancti & ſimilia de quorum ratione eſt euidentia, vel ſaltim de quorum ratione non eſt obſcuritas, ſunt ſpecies doctrinæ reuelatæ, genus autem prædicatur eſſentialiter de ſuis ſpeciebus, ergo vel tenebroſum prædicatur eſſentialiter de lucido, quod abſonat, vel ſi doctrina reuelata nõ prædicatur de præfatis notitijs tales notitiæ non ſunt ſpecies doctrinæ reuelatę cõtra communem ſententiam; & non erit facilè Fabro aſſignare cuius alterius generis ſpecies ſint, cum ſint notitiæ non naturali lumine, ſed à Deo communicatæ, ergo falſa ſunt omnia, quę Faber ſcribit.

An quando Doctores quęrunt num doctrina reuelata ſit neceſſaria, per doctrinam reuelatam intelligant fidem.

Vltimo loco arguit Mariales in gratiam Caietani, doctores in tertio quærunt ſigillatim de neceſſitate fidei, & cuiuſcunque alterius doctrinæ reuelatæ ſpecie, ergo cum quærunt hic abſolutè, an doctrina reuelata ſit neceſſaria, loqui nequeunt de fide, aut de alia determinata ſpecie, ſed de doctrina reuelata in communi, vt Caiet. exponit, vt abſtrahit ab omnibus ſpeciebus, ſecus de eodem bis idem quærerent: Reſpondet Faber in prol. diſp. 2. cap. 6. Doctores, inquit, non quærunt an doctrina reuelata, ſed an fides ſit neceſſaria, quæ quia communis eſt fidei acquiſitæ, & infuſæ, ideò videndũ eſt, quæ ſit neceſſaria, & præſertim eſt ſermo de fide acquiſita, deinde fides eſt quid diuerſum ſaltim accidentaliter à doctrina, & Theologia ſcholaſtica, ideo de ipſis poſſunt fieri diuerſa quæſita. 4. Ratio Mariales.

Accurrit Mariales vbi ſupra duabus ſolutionibus, quæ ſtatim referentur, & protegentur à calumnijs Fabri: interim conquæritur, & exagerat valde Faber, quod Mariales infideliter eius verba retulerit: refert, inquit, Fabrum dicere, quod quando Doctores, quærunt an doctrina reuelata ſit neceſſaria loquuntur de fide, & intelligunt præſertim de fide acquiſita, & tamen Faber nõ dicit hoc, ſed totum

oppoſitū loquũtur, inquit, præſertim de fide infuſa, ergo Mariales mẽdax.

1. Solutio. Solutio, cum primum legi hanc oppoſitionem, fateor, territus fui, quia verba relata à Mariales verè è diametro pugnat cum verbis Fabri, cæterum inſpecto codice Fabri primæ impreſſionis anni 1613. quem Mariales habent cum ſcripſit, reperi Fabrum dicere quantum Mariales refert (& eſt ſermo ſpeciatim de fide acquiſita) vidi poſtea alium codicem ſecundæ impreſſionis anni 1618. & reperi eſſe oppoſitum, vt Faber hic exagerat (& eſt ſermo ſpeciatim de fide infuſa). ergo non Mariales infidelis, ſed Faber prōtus corrector eorum, quæ ſcripſit in prima impreſſione, poſtquam vidit impugnationes Mariales, quæ in manu ſcriptis eius circumferebatur, qui dubitat de eo, quod ſcribo, conferat codices primæ, & ſecundæ impreſſionis adinuicem, vadat ad prædicatores Patami, vbi eſt codex ex quo Mariales retulit, quæ retulit ex Fabro, & certificabitur.

2. Solutio. Interim liceat mihi Fabrū interpellare, de qua fide bone homo loquuntur Doctores in primo, de acquiſita an de infuſa? ſi de infuſa, ergo bis quærunt de neceſſitate fidei infuſę, ſemel in primo, iterum in tertio, quod abſonat, ſi de acquiſita, vt in prima impreſſione notaſti, cur in impreſſione ſecūda id recātas dicens & eſt ſermo ſpeciatim de fide infuſa? Item aut

3. Solutio. doctores in primo loquuntur de neceſſitate fidei infuſæ, aut acquiſitæ, ſi de infuſa, ergo bis quærūt de eius neceſſitate, vt ſupra, ſi de acquiſita, cur improperas Mariali fol. 28. quod cum

Cōtradictio in Fabro. tu teneas, Doctores in primo loqui de ſcientia reuelata, quę eſt fides acquiſita, ille referat ſe dicere, quod loquuntur de fide infuſa? non vides conſonantius tuis dictis eſſe, quod ſit ſermo de fide acquiſita, vt notaſti in prima impreſſione, & Mariales retulit, quam quod ſit ſermo de fide infuſa, vt exageras in ſecunda impreſſione? quid ergo? Mariales ubi infidelis, an tu tibi inconſtans? quis exterritus non fuiſſet audiens tuas in Marialem exclamationes? & tamen manibus tangis ipſum retuliſſe verè quod retulit, & quod pulcherius eſt, conſonantius eſſe tuis dictis folio 28. quod Mariales retulit nēpe, quod ſit ſermo de fide acquiſita, q̄ quod de fide infuſa, vt tu contendis in impreſſione ſecunda, ſed iam accedamus ad reſponſa, vel rationes quibus Mariales Fabri chimeras reijcit.

Quædam Fabri phantaſia duabus rationibus exploditur à Mariales & ambę rationes à Fabri contrareplicis propugnantur: Prima ratio Mariales, & Fabri obiecta.

PRima ratio eſt huiuſmodi, minus rectè inquit Mariales aſſerit, Faber Doctores loqui de neceſſitate fidei, quia licet in tertio de neceſſitate fidei loquantur, tamen in primo omnes quærunt de neceſſitate doctrinæ reuelatæ, & præſertim Scotus quærit an ſit neceſſariū dari aliquam doctrinam ſupernaturaliter inſpiratam, ad quam intellectus naturali lumine pertingere nequeat, & in tertio, agit de neceſſitate fidei infuſæ, ergo falsò (& contra Scotum ſpeciatim dicit Faber Theologos agere de neceſſitate fidei, & præſertim fidei acquiſitæ: contra hanc doctrinam obijcit Faber plura conuitia quam verba, fucus impugnationis eſt non nego, inquit, Doctores loqui in primo de neceſſitate nōtitiæ reuelatæ, ſed dico, quod talis notitia reuelata eſt fides acquiſita, & quando Mariales, ait, falſum eſſe, quod Doctores loquantur ſpeciatim de fide acquiſita mendax eſt. Nam Faber non dicit illos loqui de fide acquiſitā imò dicit eos loqui de fide infuſa, & ſic Mariales refert totum oppoſitum eorum, quæ Faber ſcribit, Faber vult Doctores in tertio loqui de fide infuſa, Mariales refert illum velle, quōd loquantur de fide acquiſita, Faber vult Doctores in primo loqui de ſcientia reuelata — Fabri obiectio.

lata, quæ eſt fides acquiſita, Mariales refert illum negare, quod loquantur ibi de doctrina reuelata, ergo cæcus mendax, & ignarus Mariales.

1. Confut. Solutio. Tàm acerbe Faber tàm inclementer in amicum de ſæuis? audi vnum verbuſculum, quis ſcit? fortaſſe miteſcet immitis tuus calamus, dic mihi eſſe infuſum ſupernaturaliter, & eſſe acquiſitum nonne pugnant in terminis? Sanè diſtinctio, quæ communiter fit de ſcientijs infuſis, & acquiſitis conuincit rem ſic ſe habere, cum ergo aſſeras notitiam (de qua Doctores in primo loquuntur) eſſe fidem acquiſitam, quomodo non negas illam eſſe doctrinam reuelatam? quomodo non bene refert Mariales te negare doctores in primo loqui de notitia reuelata? negare inquam, nō ex præſſis verbis, ſed implicitè, quia aſſeris illam notitiā eſſe fidem aequiſitam, notitia autem acquiſita non eſt notitia diuinitus infuſa, vt patet.

2. Confut. Item Scotus in primo quærit an ſit neceſſaria aliqua notitia ſupernaturaliter inſpirata ad quam intellectus naturali lumine pertingere nequeat; tu Faber cōtra, aſſeris Scotum in primo quærere an ſit neceſſaria aliqua doctrina reuelata, quę eſt fides acquiſita, quomodo ſtant hæc ſimul? ſi eſt acquiſita, quomodo eſt ſupernaturaliter inſpirata naturaliq; lumine innatingibilis?

3. Confut. Item Scotus in tertio, agit de neceſſitate fidei infuſæ, vt etiam tu concedis, in primo agit de neceſſitate doctrinæ ſupernaturaliter inſpiratæ, quā implicat eſſe fidem acquiſitā, vt proximè oſtenſum eſt, quomodo ergo dicis doctores in primo agere de neceſſitate fidei acquiſitæ, & in tertio de neceſſitate fidei infuſæ?

4. Confut. Item quando dicis doctores ſpeciatim agere de fide infuſa, vbi vis hoc fieri? in primo, an in tertio? in primo non, quia tu aſſeris ibi agi de neceſſitate doctrinæ reuelatæ, quæ eſt fides acquiſita, in tertio eſt ab re, quia hic ſumus in primo ſententiarum, & difficultas eſt quid intelligāt doctores per doctrinam reuelatam cum in primo quærunt an ſit neceſſaria aliqua doctrina reuelata, quorſum ergo addis illam ſpecificatiuam Faber doctè (& eſt ſermo ſpeciatim de fide infuſa) certè longè conſonantius, & apparentius ſcripſiſti in prima impreſsione, quod eſt ſermo ſpeciatim de fide acquiſita, vt Mariales tui miſertus retulit.

Item aſtutè diuidis, ac diuiſim refers verba Marialis, vt non appareat vis diſcurſus eius, Mariales impugnat illud tuum aſſertum, quod ſ. doctores in primo, vel in tertio loquantur de fide acquiſita, & arguit ſic Scotus in tertio agit de fide infuſa, in primo agit de doctrina ſupernaturaliter inſpirata, naturali lumine innatingibili, ergo nullibi agit de fide acquiſita, tu vides vim difficultatis neſciens reſpondere in forma ad punctum, refers diuiſim illius propoſitiones, & loco reſpondēdi, Marialem afficis iniurijs; dimiſſis iniurijs, ad punctum quid reſpondes Faber? vbi agit Scotus de fide acquiſitā? hic eſt nodus diſſoluendus. 5. Confut.

Item quæris ſæpe à Mariales, vbi in te legerit, quod neges Doctores in primo loqui de neceſſitate doctrinæ reuelatæ, dico legiſſe in prologo diſp. ſ. cap. 6. in fine, vbi habes hæc verba formalia ad primum, ais, reſpondetur, ꝙ doctores communiter (quicquid ſit de D. Thoma) quærunt an fides ſit neceſſaria, tunc ſic non potes id intelligere de fide infuſa, quia de fide infuſa agitur in tertio, vt tu ipſe confiteris fo. 28. & de eodem idem non bis, quæritur in eadem facultate, ergo de fide acquiſita, vt tu ipſe concedis ſol. 28. fides autem acquiſita nequit eſſe notitia ſupernaturaliter inſpirata, & naturaliter innatingibilis, vt terminis Scoti vtar, ergo dicendo, quod doctores loquuntur de fide acquiſita, negas implicitè illos loqui de notitia ſupernaturaliter reuelata, ergo iam habes locū vbi Mariales legit te implicitè nega- 6. Confut.

re doctores in primo agere de neceſſitate doctrinæ reuelatæ.

7. Confut. Tandem dicis Mariales referre totum oppoſitum eius, quod doces. Faber, inquis aſſerit doctores in tertio, agere de fide infuſa, & in primo de fide acquiſita, Mariales contra, refert Fabrum dicere doctores in primo agere de fide infuſa, & in tertio, de fide acquiſita. Vid fſem libenter, venerandæ ſenes, citari locũ in quo Mariales hæc referat: vtiq; Contr. 3. cap. 2. vbi explodit tuum dogma, refert te dicere eſſe ſpeciatim ſermonem de fide acquiſitã cæterum non refert, quod id aſſeras, vel in primo, vel in tertio, vt eſt videre apud illum, ergo falſum illi imponis, & dum illum de infidelitate inſimulas, de infidelitate conuinceris.

2. Ratio. Adfert Mariales aliud reſponſum ad Fabri impugnationem ſupra relatam. Falſum eſt, inquit, Theologiã, & fidem eſſe eſſentialiter eũdem habitũ, & diſtingui ſolum accidentaliter, ob quam diſtinctionem formari queant diuerſa quæſita de illorum neceſſitate; Contra hanc ſolutionem replicat

Fabri obiectio. Faber. Hæc, inquit, ſunt verba, & Mariales nihil noui dicit, ſed repetit ſuperius dicta, interim Faber probauit Theologiam eſſe fidẽ acquiſitã quia procedit ex principijs creditis, & Mariales adhoc nihil reſpondet.

Solutio. Solutio. Si tu probaſti Theologiã eſſe fidem, Mariales probauit appoſitum Contr. 16. & 29. vbi, & diſſoluit ac funditus proſtrauit quicquid viuax tuum ingenium moliri valuit in hoc propoſito, contra quæ tenebaris aliquid replicare, & tamen nihil replicas, & poſtea iactitas te probaſſe, feciſſe, dixiſſe, & Mariales nihil reſpondiſſe? ſed videamus, illuſtrem contrareplicam quam facis contra Marialem quãtum vrgeat: Hæc inquis, ſunt verba, & Mariales nihil dicit. Totũ tuum dogma adnititur huic fundamento, quod Theologia, & fides ſunt idem habitus eſſentialiter, & differunt ſolum accidentaliter, Mariales deſtruit hoc fundamentum, & dicit Theologiam, & fidem eſſe habitus eſſentialiter diuerſos, proinde quæſitum formatum de vno illorum nõ poſſe intelligi formatum de alio, & conſequenter diſſipat omnia tua dicta, & tu inſenſatum te fingit & aſſeris hçc eſſe verba, & Marialẽ nihil dicere; & tela, eſſe paleã ſanè eo ipſo, quod Theologia per diſcurſũ deducitur ex principijs creditis (vt tu aſſumis) fit, vt implicet illam eſſe fidẽ, quç nõ pendet ex diſcurſu; iuxta illud D. Augu. quod credimus demus D. Auguſt. actoritati, quod intelligimus demus rationi, ergo tantum abeſt, quod probaueris fidem, & Theologiã eſſe eundem habitum eſſentialiter, vt tuus diſcurſus probet oppoſitum intenti, & ita &c.

Vltimo ſic diſputat Mariales pro Caiet. eadem eſt doctrina reuelata de qua D. Tho. cum alijs quærit an ſit neceſſaria ad ſalutem in primo articulo, & an ſit ſcientia, ſapientia, & ſimilia, in ſequentibus articulis (ſecus æquiuocè vteretur doctrina reuelata in articulis eiuſdẽ quæſtionis) ſed per doctrinã reuelatã in primo articulo nequit intelligere Theologiam (falſa. n. diceret eſſe neceſſariam ſimpliciter ad ſalutem) nec fidem, quia falſo diceret in art. 2. eam eſſe ſciẽtiam, ergo remanet, vt loquatur de doctrina reuelata in genere, de qua omnia prædicta verificãtur, in ſenſu quo, quæ verificantur de ſpeciebus verificantur, & de genere. Reſpondet Faber in prologo diſp. 1. 1. cap. 6. ad finem, ad ſecundũ, inquit, dico, quod quando Theologi quærũt an Theologia ſit ſcientia, & quod ſit eius obiectum, quærunt de fide acquiſita, vel infuſa; Replicat Mariales, vbi ſup. non poteſt hoc eſſe, quia fides, & ſcientia ſunt habitus toto cçlo diuerſi ſecundum Ariſt. 6. Ethic. & eorũ formales rationes ſunt repugnantes, & incompoſſibiles in eodem habitu, nõ minus quam lumen, & tenebra in eodẽ diaphano, ergo ſicut eſſet inſania quærere an tenebroſum ſit lucidũ, ita

&

& quærere an fides acquiſita, vel infuſa (de cuius ratione eſt obſcuritas) ſit ſcientia de cuius ratione eſt euidētia; Remurmurat Faber contra hanc doctrinam ita. Primum (inquit) Mariales eſt mendax in referenda Fabri ſolutione, Faber.n. dicit Doctores quærere de fide acquiſita, Mariales addit ipſum aſſerere, loqui de fide acquiſita, vel infuſa, & certè ait, ſenſus Fabri clarus eſt, poſtquam.n. Theologi (præſertim Scotus) probauerunt cognitionem reuelatam eſſe neceſſariam (quæ in ſubſtātia eſt fides acquiſita) quærunt an ſit ſcientia, quia licet reuera ſit fides acquiſita, tamen id nō eſt ita clarū, præſertim cum aliqui, vt D. Thom. teneant eſſe ſcientiam, Scotùs negat, ideò non eſt quæſitum rediculum; deinde Mariales rediculus eſt nam hic vtitur auctoritate Ariſtot. ad probandum differentiam inter fidē, & ſcientiam, & tamen in Controu. 14. an Theologia ſit ſcientia non vult rationem ſcientię petendā eſſe ab Ariſt. & determinat Theologiam eſſe ſcientiam, ſed non ſecundum regulā Ariſt. demum ſibi ipſi nō conſtat Mariales, nam hic apertè dicit ſcientiam intrinſecè requirere euidentiam, & per hoc diſtingui à fide, in Controuer. autem 14. concedit Theologiam viatricē nō habere euidentiam, & tamen dicit eſſe ſcientiam, ergo ſibi ipſi non cōſtat.

1. Fabri obiectio.

2. Obiectio.

3. Obiectio.

Ad primū. 1. Solutio. Solutio. Iam proximè relatū eſt in duabus impreſſionibus quas feciſti Faber, diuerſi mode te ſcripſiſſe, in prima dicis eſſe ſermonem de fide acquiſita, in ſecunda dicis, eſſe ſermonem de fide infuſa, videns Mariales hanc tuā fluctuantiam, & lubricitatem, volens vtrumque dictum impugnare retulit vtrumque ſub diſiunctione (de fide acquiſita vel infuſa) vt nullū tibi effugiū remaneret, nō ergo Mariales mendax ſed ſagax venator belue omne effugium præcluſit; & cum adiungis poſtquam doctores quæſierunt, an doctrina reuelata (quę in ſubſtantia eſt fides acquiſita) ſit neceſſaria debuiſſe quęrere, an ſit ſciētia, quia licèt ſit fides, tamen id non conſtat clarè, vnde non eſt quæſitum ridiculum: quis non rideat hæc audiens? ſanè Scotus quærit an ſit neceſſaria doctrina aliqua ſuper naturaliter inſpirata, & naturali lumine inacquiſibilis, vt relatū eſt; quomodo ergo tu Faber talē notitia fidē acquiſitam appellas? numquid ſupernaturaliter infuſum aut naturali lumine inatingibile, & naturaliter attingibile non contradictoria non ſunt? Nū quid Theologia, non naturali lumine ex principijs creditis nō deducitur per diſcurſum? iuxta illud D. Aug. in libro de vtilitate credendi, à Mariales toties decātatum, quod credimus demus auctoritati, quod intelligimus rationi ſeu diſcurſui? quomodo ergo dicente Scoto doctrinam reuelatam eſſe ſuper naturaliter infuſam, & naturali lumine inattingibilem, tu illam fidem acquiſitam appellas? & cum adiungis quæritur, an doctrina reuelata (eſto ſit fides acquiſita) ſit ſcientia, quia non conſtat clarè quod ſit fides, D. Thomā valente eam eſſe ſcientiam, Scoto hoc negante. Dic mihi eſt ne dubium an certum doctrinam reuelatam eſſe fidē acquiſitam? ſi eſt certum, quomodo non eſt quæſitum inſanum An fides acquiſita (de cuius ratione eſt obſcuritas) ſit ſcientia de cuius ratione eſt euidentia? ſi eſt dubium, ergo prius diffiniendum erat, an eſſet fides, & ſtabilito quod non, quærendum poſtea erat, an ſit ſcientia, ſed melius, ſi eſt dubiū doctrinam reuelatam eſſe fidem vt nunc dicis, quomodo fol. 2 aſſeris cōtra Marialem, doctrinam reuelatam omnes norunt eſſe fidem? quomodo ſtant hæc ſimul Faber? Melius adhuc improperas Mariali, quod addat illā particulam (de fide acquiſita, vel infuſa) quia de fide infuſa notum eſt illam non eſſe ſcientiam: at de fide acquiſitā dico ego multo magis hoc notum eſſe debet; eſt.n. vel plus vel ęque obſcura; & minoris perfectionis illa, & ſecundùm regulam topicam, ſi quod magis vi-

2. Solutio.

D. Aug.

Contradictio Fabri. ad Scotum.

3. Solutio.

4. Solutio. Cōtradictio in Fabro.

5. Solutio.

videtur ineſſe non ineſt, nec quod minus ergo ſi fides infuſa excellentior, ad ſcientiæ perfectionem non pertingit quomodo pertingere poterit fides acquiſita inferior? de infuſa fatuum eſſet quærere, an ſit ſcientia, & non erit fatuum quærere de fide acquiſita?

Ad ſecund. 1. Solutio. Ad ſecundum eſt apertum mendacium, Mariales negare rationem ſcientiæ eſſe petendam ab Ariſtot. non dicit hoc, ſed dicit Ariſtotelem primo poſter. non intendiſſe tradere diffinitionem ſcientiæ abſolute, ſed ſolum ſcientiæ humanitus acquiſitæ ob rationes quas lege apud Mariales, de quo

2. Solutio. inferius redibit ſermo copioſior, Attamen quando etiam Mariales hoc dixiſſet, non propterea fieret conſequens quod vti non poſſet hic authoritate Ariſt. nam etiam Scotus & tu Faber pluries negatis Ariſtot. in vno propoſito, & vtimini authoritate illius in alio propoſito, vnus locus ſufficiat pro mille: folio 75. tu Faber exaggeras contra Mariales, Theologos ſtare nō debere Ariſtoteli, cum ait naturam non dare inclinationem niſi ad quod perducere poteſt, quia homo naturaliter inclinatur ad beatitudinem ſupernaturaliter tantum acquiſibilem, & tamen cōtra Marialem vteris authorit. Ariſt. ad probandum Theologiam non eſſe ſcientiam, immerito ergo improperas Mariali quod improperas.

Ad tertium. Ad tertium eſt conſequentia fatua Mariales dicit Theologiam non habere euidentiam, ergo ridicule dicit nunc ſcientiam requirere euidentiam, & per hoc diſtingui à fide, non cernis vir docte, aliud eſſe requirere, aliud habere? lapides te doceant: dum lapis proijcitur ſurſum requirit de ſe eſſe deorſum, & tamen deorſum non eſt, pari modo Theologia in viatore non habet euidentiam, euidentiam tamen requirit per vnionem ad Theologiam beatam cui ſubalternatur, & per hanc eſſentialem exigentiam euidentiæ, diſtinguitur ſcientia eſſentialiter à fide exigente obſcuritatem, vnde ſicut ſi fides per diuinam omnipotentiam conſeruaretur in beato (quod ſecundum multos non eſt impoſſibile) eſſet actu ſub lumine, ſed peteret obſcuritatem, ita vice verſa Theologia in viatore eſt ſub caligine, & petit claritatem, veluti & quantitas Euchariſtiæ eſt actu ſubſiſtens, & naturaliter petit inhærere. Mariales ergo dicit Theologiam viatricem non eſſe euidentem & non dicit exigere in euidentiam, quod eſſet repugnans rationi ſcientiæ tu autem omnia confundens tranſis ab vno in aliud ideo &c.

An omnes Doctores cogantur dicere doctrinæ reuelatæ nomine intelligi fidem acquiſitam ut Faber ſomniat?

POſtquam Mariales probauit doctrinæ reuelatæ nomine intelligi notitiam communicatam à Deo in genere, vt ſupra. deſcendit ad ſoluenda obiecta Fabri in contrarium, volentis intelligi fidem acquiſitam. referam per ordinem Fabri obiecta cum Marialis ſolutionibus, & contra replicis eiuſdem Fabri, & ſingulas diſſoluam. Primum ergo obijcit Faber ita: omnes iſti modi dicendi, inquit, reijciendi ſunt, quia ſinguli procedunt ex falſa ſuppoſitione, quod fides, & Theologia ſint habitus eſſentialiter diſtincti quod falſum eſt, vt alias videbitur. Accurrit Mariales imo falſum eſt omnes modos dicendi Thomiſtarum ſupponere Theologiam, & fidem eſſe habitus eſſentialiter, diſtinctos, Silueſter. n. & Vaſquez cum aliis volunt eſſe eundem habitum eſſentialiter, & non differre niſi accidētaliter.

Obiectio. Fabri. Remurmurat Faber hic fol. 30. & primo probat, Theologiam, & fidem eſſe eūdem habitum eſſentialiter: ita. Theologia non eſt ſcientia nec ſubalternans, nec ſubalternata, ergo eſt fides, quia non eſt prudentia, nec intellectus, nec ars, nec ſapientia, niſi quodam eminenti modo, qui ſunt habitus con-

continentes veritatem. 6. Ethic. ergo cum Theologia contineat veritatem, nec ſit aliquis dictorum habituum, ſe-
2. Obiectio. quitur, quod ſit fides; deinde nititur oſtendere Marialem mendacem, refert. n. ait, quod aſſerat Faber, omnes Thomiſtas ſupponere fidem, & Theologiam eſſe habitus diuerſos eſſentialiter, & tamen non dicit omnes Thomiſtas, ſed ſolum eos, quorum opiniones retulerat ſupponere, vt ſupra, quoniam vero inter illos, quos nominauit, vnus eſt Vaſquez, laborat oſtendere Vaſquez, vel inuitum tenere fidem, & Theologiam eſſe habitus eſſentialiter diſtinctos, vel ſibi contradicere tenet. n. ait Theologiam conſtare ex principiis, & cōcluſionibus, principia autem teneantur habitu fidei, & con-
3. Obiectio. cluſiones habitu Theologico; quos cōſtat eſſe habitus eſsētialiter diſtinctos ergo cum Vaſquez dicit ex principiis, & concluſionibus coaleſcere vnum habitum, vel ſibi ipſi contradicit, vel dicendum eſt cū Fabro, quod cogitur fateri eſſe vnū habitum ſolum fidei, quia concluſiones pendentes à principiis creditis ſunt & ipſæ creditæ; & ſic totus habitus eſt fides.

Ad primū. Solutio. Audiuit ne noſtrum ſæculum vnquam ſtultitias ſolemniores? dic mihi Faber nonne legiſti in
1. Reſp. Mariales controu. 15. & deinceps demonſtratum Theologiam viatricem eſſe ſcientiam ſubalternatam Theologiæ Dei, & beatorum, & tuas rationes in contrarium (præſertim quam confiſcis nunc) ſolutas, proiectas, & annihilatas? quomodo non erubeſcis nunc aſſumere Theologiam viatricem non eſſe ſcientiam, nec ſubalternātem, nec ſubalternatam, ſed eſſe fidem, & ad ſolutiones ibi adhibitas niſi replicas in contrarium? nonne in prologo
2. Reſpon. diſput. 6. cap. 2. num. 15. doces Theologiam viatricem eſſe ſapientiam? quomodo negas nunc hoc? addens illud implaſtrum (poſtquam legiſti impugnationes Marialis) niſi quodammodo eminenti? nōne vltra ſcientiam, ſapientiam, artem prudentiam, & intel- 3. Reſp.
lectum, datur dubium, & opinio? cur dici non poterit, Theologia viatrix eſſe opinio, & non fides, dato quod non ſit ſcientia, vel alter habituum relatorum? At ſolida reſponſio eſt: fal- 4. Reſp.
ſum eſſe Theologiam viatricem non eſſe ſcientiam ſubalternatam, pro quo lege Mariales vbi ſupra. Cum adiun- Ad ſecundū.
gis te non dicere omnes Thomiſtas, ſed ſolum eos quos nominaſti ſupponere Theologiam eſſe diſtinctum habitum à fide, nec Mariales hoc tibi imponit, ſed refert, quod aſſeris, omnes modos thomiſtarum à te relatos ſupponere quantum vt ſupra, inter modos autem à te relatos, vnus eſt, quem attribuiſti Vaſquez mutuatus à Syluestro Prierio, & tamen vterque illorum vult Theologiam, & fidem eſſe eūdem habitum eſſentialiter, ergo bene dixit Mariales falſum eſſe, quod omnes modi dicendi à te relati ſupponant Theologiam, & fidem eſſe diuerſos habitus eſſentialiter, & ſic non Mariales mendax, ſed Faber ſomniās mendacia.

Quod autem attinet ad Vaſquez Ad tertium.
erubeſco certe Faber tuo nomine, qd audeas negare Vaſquez tenere Theo- 1 Reſp.
logiam, & fidem eſſe eundem habitum eſſentialiter, cum expreſſiſſime Vaſquez id defendat, audi lector vnā periodum ex illo, & inde percipe deceptionem Fabri? Theologia (inquit eſt notitia nedum concluſionum, quę ex articulis fidei deducuntur, ſed & ipſorum articulorum, qui ſola reuelatione ſupernaturali nobis innoteſcunt, non. n. eſt vnus habitus diſtinctus (erige aures Faber) circa principia, & alius circa concluſiones, ſed vnus, & idem extenſione maior, & iterum habitus principiorū Theologiæ, inquit, eſt & circa concluſiones, ideo cū ipſa Theologia idem eſt, ecce clariſſime vult Theologiam, & habitum principiorum, qui eſt fides eſſe vnum, & eundem habitum eſſentialiter, quomodo ergo audes tu Faber ſcribere,

quod

quod teneat eſſe habitus eſſentialiter diſtinctos? & Mariali improperas, quod infideliter tua dicta referat? & cum ſubiungis. Vaſquez tenet habitũ conclusionum (qui eſt Theologia) eſſe fidem, ſcientia, & fides ſecundum omnes ſunt habitus eſſentialiter diſtincti, ergo vel ſibi contradicit Vaſquez, vel tenet eſſe habitus diuerſos: Inſolubile dilegma: dic mihi, vbi tenet Vaſquez eſſe habitus diſtinctos? ſanè ex locis proxime adductis patet totum oppoſitum; veriſimile ne eſt eſſe tantũ doctorẽ in quatuor lineis ſibi ipſi contradixiſſe? & cur nõ poſſet dicere ſcientiam, & fidem eſſe habitus ex natura rei formaliter diſtinctos, non autem formaliter materialiter, vt tibi placet? & ſic euadere, & deludere inſictas duas contradictiones? ſed pergamus.

2. Reſp.

Alia ſolutio Mariales ad idem Fabri argum.

Adiungit Mariales aliam ſolutionem ad eandem primam Fabri obiectionẽ, nego inquit eſſe falſum Theologiam, & fidem eſſe habitus eſſentialiter diſtinctos; Controu. n. 14. & deinceps, & Controu. 29. oſtendi eſſe implicantiam Theologiam & fidem nõ eſſe diuerſos habitus eſſentialiter vbi & ſolui omnia argumenta in contrarium. Remurmurat Faber, hæc 2. reſponſio, inquit, eſt verbalis, & deſtruit ſeipſam, nam Controu. 14. tenet Mariales Theologiam viatricem non eſſe ſcientiam, ſicut poſuit Ariſto. quem dicit non aſſignaſſe veram rationem ſcientiæ, ſed illam eſſe aſſignatam à D. Thoma, ergo cum ſecundum Marialem, Theologia non ſit ſcientia, vt definitur ab Ariſt. (ad quam præſertim requiritur euidentia in intellectu habentis ſcientiam, ſed ſit ſciẽtia alio modo, ſecundum quem non includit euidentiam, ſit vt Theologia ſit fides, cognitio.n. ſine euidentia deducta ex principijs reuelatis & creditis eſt fides, ergo ex cõfeſſione Mariales Theologia, & fides non ſunt habitus eſſentialiter diſtincti, & non ſibi ipſi conſtat Mariales, ſed modo acceptat diffinitionem ſcientiæ traditam ab Ariſtot. modo eam repellit.

Fabri impugnatio.

Solutio.

Solutio. Non poſſum Faber ſatis mirari quomodo cũ teipſum totũ dederis ad oſtendendum Marialem mẽdacem in relatione tuorum dictorũ, tu tamen ſingulo quoque verbo tot mendacia proferas, & referas ex Mariales, oblitus communis regulæ: omni vitio carere debet qui in alium ſcribere vult, & præſertim vitio quod in alio reprehendit. Lege lector locũ citatum à Fabro, & inuenies Marialẽ non reijcere diffinitionem ſcientiæ traditam ab Ariſtot. ſed ſolum dicere, quod Ariſt. 1. poſter. nõ prætendit tradere diffinitionem ſcientiæ ſimpliciter, ſed tantum ſcientiæ humanitus acquiſitæ ob rationes, quas ibi adducit. Lege Controu. 16. cap. 1. in examine primæ rationis Scotiſtarum ad finem, & Controu. 19. per totam, & inuenies Mariales probare ex profeſso Theologiam eſſe ſcientiam, vt eam diffinit Ariſt. tum primo poſter. tum 6. ethic. ergo eſt apertum mendaciũ (Faber) id quod dicis, quod Mariales neget Theologiam eſse ſcientiam, vt Ariſtot. eam diffiniuit. Quomodo autem euidentia ſit vel non ſit neceſſaria ad rationem ſcientiæ vide copioſe declaratum Controu. 15. in exam. primæ rationis Thomiſtarum, vbi & inuenies ſolutam rationem, quam Faber nunc facit, nihil replicans, vt tenebatur, contra ibi dicta.

1. Reſp.

Demus tamen quod Mariales dixerit Theologiam non eſſe ſcientiam, vt Ariſtot. ſcientiam diffinit (quod tamẽ falſiſſimum eſt vel ſomniaſse nedum dixiſse) vnde infers bone Faber illam violentam conſequentiã? ergo ſecundum confeſſionem Marialis Theologia eſt fides, (cognitio.n. ſine euidentia deducta ex principiis creditis, qualis eſt Theologia ſecundum Marialẽ eſt fides) cur non poteſt eſſe ſecundũ Mariales opinio? cur non ſapientia, vt tu dixiſti in prologo? cur non ſcientia ſecundum formalitatem ſcientiæ, quã (te referente) Mariales ex D. Th. aſſignauit? vbi habes caput Faber? & adhuc

2. Reſp.

huc

huc addis Marialem ſibi inconſtantem? debebas colligere ſic: Mariales concedit Theologiam non eſſe ſcientiam, nec ſecundum Ariſtot. nec vllo alio modo, ergo ſecundum illum eſt fides, fuiſſet conſeq. aliqualiter apparens. Sed antecedens eſt falſum ſecundum vtramq; partem, & præſertim ſecundum ſecũdam, Mariales.n. tenet Theologiam eſſe ſcientiam, etiam ſecundum formalitatem traditam ab Ariſt. & ſecundum formalitatem aſſignatam ex D.Thom. ergo ridicula, æquiuoca, & abſque ſubſiſtentia ſunt Faber omnia, quæ ſcribis.

An Caietanus cogatur concedere doctrinam reuelatam eſſe fidem, ut Faber chimerizatur?

PRoſequitur Faber. Etiam Caietan. cogitur confiteri per doctrinam reuelatam intelligi fidem; nam vult intelligi cognitionem reuelatam abſtrahentem à fide, & ſcientia, non poteſt autem Caiet. intelligere per talem notitiam niſi fidem acquiſitã, cognitio.n.reuelata non abſtrahit à fide in cõmuni, ſed eſſentialiter eſt fides, quæ contradiſtinguitur ſcientiæ, non enim habet euidentiam ex principijs neq; ex obiecto, ſed ſolum ex reuelante, ergo. Reſpondet Mariales: eſt implicantia in terminis dicere Caiet. per Doctrinam abſtrahentem à fide, & ſcientia, intelligere fidem, vt Faber illi imponit; intelligit.n. notitiã cõmunicatam à Deo, ſic in cõi abſtrahentem ab euidentia, & ineuidentia, & ab omnibus euidentiæ & ineuidentiæ modis. vbi fides eſſentialiter includit ineuidẽtiam: quod ſi replices notitia reuelata in genere abſtrahit ab euidentia, ergo non eſt euidens, ergo eſt fides: nõ valet conſequentia, quia ſicut numerus abſtrahit à pari, & impari, & neutrum eſt determinatè, ſed permiſſiuè vtrũq; ita, & notitia reuelata abſtrahit ab euidentia, & ineuidentia, & non eſt aliquid horum determinatè, ſed permiſſiuè vtrũque, & vbi fides eſſentialiter includit ineuidentiam poſitiuè, doctrina reuelata in genere, eſt ineuidẽs negatiue, & non repugnanter.

Contra hanc doctrinã replicat Faber. Primo, inquit, eſt mendacium, quod Faber dicat Caietanum intelligere per doctrinam reuelatam fidem acquiſitam: non dicit quod Caietanus id intelligat, ſed dicit quod cogitur hoc fateri, licet confiteri nolit; deinde implicat (ait) doctrinam reuelatã in genere abſtrahere ab ineuidentia, & fide, nam dicitur reuelata, quia lumine naturali cognoſci non poteſt, non poſſe autem lumine naturali cognoſci, eſt habere ineuidentiam in viatore, ergo illa doctrina reuelata nõ abſtrahit ab ineuidentia, ſed eſſentialiter eã includit, & eſt fides. Tertio, obiectio quã Mariales cõtra ſe facit optima eſt, & illã non bene ſoluit; falſum enim eſt, quod doctrina reuelata abſtrahat ab euidentia, & ineuidentia, imo continetur ſub altero membro ſcilicet ſub ineuidentia, quia non lumine naturali, ſed ſupernaturali cognoſcitur. Quarto, doctrina reuelata eſt ineuidens nedum non repugnanter, & negatiuè, ſed & poſitiuè, quia fundatur in reuelatione diuina, & articulis fidei, ergo eſt fides ſecundum conceſſa ab ipſo Mariales, vult. n. de ratione fidei eſſe ineuidentiam poſitiuè, ergo doctrina reuelata nequit abſtrahere ab euidentia, & ineuidentia vel à ſcientia, & fide, vt Mariales vult cum Caietano, & exemplum, quod affert de numero pari, & impari non eſt ad propoſitum, nam numerus, & ſi actu non ſit par nec impar, tamen potentia eſt vtrumque, & poſt deſcendere actu in vtrumq; non ſic autẽ eſt de cognitione reuelata, nam non põt deſcendere actu in euidentiã, ſed ſemper habet ineuidentiam, iſta enim eſt falſa, notitia euidens lumine naturali in viatore eſt doctrina reuelata, quam Theologi dicunt reuelari neceſſario à Deo ergo exemplum eſt ad oppoſitũ, non ad propoſitum.

Obiectio. Fabri.
2. Obiectio.
3. Obiectio.
4. Obiectio.
5. Obiectio.

Solutio. Bene apparet miſer Faber quibus anguſtijs (ſtrenuus alias) ani- Ad primũ.

F mus

mus tuus Faber arcetur? ergo ne Caietanus cogitur fateri oppoſitum eius quod vult? & tenebricoſo tuo diſcurſu compellitur viuax illius ingenium aſſere oppoſitum eius, quod demonſtratiue probauit? nonne paulò ſuperius dicebas, ad fidelem relationē ſufficere, vt referatur vel id quod explicitè habetur in doctore relato, vel id quod continetur implicite? cōcedis in dictis Caietani virtualiter contineri doctrinam reuelatam eſſe fidem acquiſitā, ergo Mariales fideliter retulit te imponere Caietano, quod teneat doctrinā reuelatam eſſe fidem acquiſitam, & ſic non Mariales mendax, ſed Faber oblitus ſuæ regulæ.

Ad ſecundū. Ad ſecundū falleris perniculosè Faber, replicans crebro illam propoſitionem erroneam ſuperius toties impugnatam (cognitio reuelata etiā in viatore, eſt eſſentialiter ineuidens, & fides, prophetia, dona Spiritus Sancti, & ſcientiæ infuſæ (etiā in viatore) ſunt notitiæ reuelatæ, & tamen abſtrahūt ab obſcuritate, & euidentia imò euidētiam includunt, vt ſuperius declaratū eſt in cuius rei ſignum fuerūt in Chriſto Domino, & manent in beatis in quibus non eſt fides, eſto ergo cautus ò Faber in ſcribendo ne tibi aliquid mali accidat.

Ad tertium. Ad tertium verſaris miſer in eadem ſalebra, non eſt fictio dicere notitiam reuelatam in genere abſtrahere ab euidentia, & ineuidentia; imò hoc negare & ponere illam eſſentialiter ineuidentem, vt tu vis, eſt error in fide, vt ſuperius demonſtratum eſt, quia ſic prophetia, & dona Spiritus Sancti, quæ ſunt notitiæ reuelatæ non fuiſſent in Chriſto Domino contra Sacram Scripturā, veluti nec fuit fides ob eius ineuidentiam viſioni beatæ animæ Chriſti repugnantem: doctrinā autem reuelatam non eſſe acquiſitam lumine naturali, ſed ſupernaturali, non arguit illam eſſe ineuidentem, ſed eſſe à Deo communicatam, euidenter, vel ineuidenter, vt Deo placet, vtroque enim modo communicari poteſt, vt conſtat, ergo optimè ſoluit Mariales obiectionem quam contra ſe facit; diſparitas autem quàm ponis inter numerum reſpectu paris, & imparis ab vna parte, & inter doctrinam reuelatā reſpectu euidentiæ, & ineuidentiæ ab alia ridicula eſt, & petens principium; oſtenſum enim eſt eſſe erroneum dicere, doctrinam reuelatam (etiā in viatore) includere eſſentialiter ineuidentiam, quia prophetia, & dona Spiritus Sancti pertinentia ad intellectum ſunt notitiæ reuelatæ, & tamen de ſe abſtrahūt ab euidentia, & ineuidentia, imò prophetia poſtulat euidentiam quoad partem intellectiuā, quicquid ſit de parte ſenſitiua, vt ſupra ex D. Thom. relatum eſt, ergo ſicut numerus de ſe abſtrahit a pari, & impari, & poteſt actu deſcendere in vtrunque, ita doctrina reuelata de ſe abſtrahit ab euidentia, & ineuidentia, & poteſt deſcendere actu in vtranque, per conſequens exemplū ad dubium de numero mirabiliter ſeruit, & eſt ad propoſitum.

Ad quartū. Ad vltimum, nego Antecedens, de ratione enim fidei eſt eſſe obſcurā, de ratione doctrinæ reuelatæ in genere, eſt abſtrahere à claro, & ab obſcuro, ſi enim alterum horum ſibi determinatè vendicaret, nunquàm poſſet cū oppoſito coniungi, cōtra experientiam, vnde fides dicitur ineuidens poſitiuè, doctrina reuelata in genere dicitur nō euidens negatiuè, & cum adiungitur, quod notitia reuelata fundatur in reuelatione diuina, & in articulis fidei, propterea eſt fides: nūquid omnis reuelatio ò Faber in articulis fidei fundatur? vbi ſunt ſcientiæ infuſæ euidentes? vbi prophetia petens euidentiam propheratorum quoad partem intellectiuam? vbi dona Spiritus Sancti, migrantia è via ad patriam? ſubinde nequientia eſſentialiter includere ineuidentiā? vbi illuminationes quæ fiunt in patria extra verbum? quæ ſingula ſunt notitiæ reuelatæ, & tamen in articulis fidei non fundantur, & hæc Faber nugas vocas, & iactationes ventroſas? parcat tibi Deus.

Ad quintū.

An

An Bannes cogatur dicere per doctrinā reuelatam intelligi fidem acquiſitam ut Faber dementat?

RElicto Caietano ad Bannеſium ſe transfert Faber, & nititur probare ēt ipſum cogi dicere per doctrinā reuelatam intelligi fidem acquiſitam, nam docet, inquit, intelligi Theologiā explodentem falſas opiniones ab Eccleſia, & tradentem veras ſcripturarū explicationes, verè aūt ſcripturarū expoſitiones innituntur aſſiſtentiæ Spiritus Sancti, nō lumini naturali, ideò concluſiones, quæ deducuntur ex illis interpretationibus debent eodem lumine cognoſci, & ita eodem lumine, ac habitu fidei teneri.

Reſpondet Mariales primum Bannes non tenere opinionem q̄ Faber illi imponit, deinde dato q̄ teneret illā, non propterea velle doctrinam reuelatam eſſe fidē, imò velle illā eſſe facultatem Theologicam à fide diſtinctā, cuius partes ſunt deducere concluſiones ex articulis fidei, & circa illas verſari alio lumine quam fidei, vt in Controuer. An Theologia ſit ſcientia, latè declarat; Contra hāc doctrinam iactat Faber multa Contiitia; primū, inquit, non dicit Faber Bannеſium tenere doctrinam reuelatam eſſe fidē, ſed dicit cogi id confiteri, eſto confiteri renuat, tenet. n. Theologiā noſtrā procedere ex fide, ex hoc aūt euidenter ſequitur Theologiam, & fidem eſſe vnū, & eūdem habitum. Deinde Bannes aperte dicit, quod quia Theologus ex fide procedit, & donis Spiritus Sācti, & interdum ex gratia gratis data ideò meritò huiuſmodi dr̄ ſcientia ſacra, & reuelata, ergo vult cōcluſiones Theologicas ex lumine fidei procedere, proindeea rum cognitionem eſſe fidem; Tādem Mariales cōtendit ſe probaſſe in Cōtr. an Theol. ſit ſcientia, principia, & concluſiones diuerſis luminibus cognoſci, & tamen non probauit hoc, ſed ſolum alium eſſe habitum concluſionum, alium habitū principiorū, quos conſtat in naturalibus eodem lumine naturali procedere, & cognoſci, ergo pari modo poterunt concluſiones, & principia Theologiæ diuerſis habitibus teneri, & tamen eodem lumine fidei cognoſci, & ſic vtrorumque cognitio eſſe fides, vt Faber contendit.

1. Fabri obiectio.
2. Obiectio.
3. Obiectio.

Solutio. Quis non contremiſcat ad tā formidoloſos neſcio ſi dicere debeā rugitus an diſcurſus? Primum effugiū Faber, quod Bānes cogatur, &c. exploſum manet ex dictis in reſpōſione ad primū contra Caiet. Ad 1m̄ falſa eſt cōſequentia. Cum. n. Bānes teneat Theologiam verſari circa concluſiones deductas ex articulis fidei, & tn̄ non eſſe fidem, ſed ſcientiam, non eſt ſtultitia digna catena inferre. Docet concluſiones Theologicas ex lumine fidei remotè procedere, ergo vel cogit' tenere earū cognitionē eſſe fidē? Paulò ſuperius demonſtratum eſt, doctrinā reuelatam eſſe genus ad oēs notitias quomodolibet à Deo cōitatas, ſiue euidenter, ſiue ineuidenter; & negare hoc eſſe erroneū nedū falſum ob rationes ibi adductas; quo ergo ex eo, quod Bānes dicit Theologiam eſſe ſcientiā reuelatam, & ſacram, infers nunc illū velle Theologiā eſſe fidem? non cernis q̄ ſicut lumē eſt cōditio generalis omnium aſtrorum, ita eſſe ſacrum, & reuelatum, eſt conditio non ſolius fidei, ſed generalis omnium cognitionum quolibet à Deo cōmunicatarum, & maximè circa ſupernaturalia? non vides, q̄ ſi tuus diſcurſus valeret, probares quoque prophetiam, & dona Spiritus Sācti, & ſimilia pertinentia ad intellectū eſſe fidem, quia ſingula ſunt notitiæ reuelatæ, & ſacræ, quod tamen ex dictis conſtat eſſe falſum, imò erroneum? Ad tertium, fateor eſſe iā peractū, vt meum cerebrum nō ſufficiat illi ſatiſfacere, accepta Faber quod mea tenuitas dare poteſt. Dic mihi vbi legiſti in Mariales illam ſtultitiam, quod habitus principiorum, & concluſionum, lumine naturali cognoſcantur? habitus non cognoſcuntur, ſed ſunt principia cognoſcendi; deinde verum eſt quod lumen naturale eſt veluti lumen gene

Ad primū.
Ad ſecundū
1. Solutio.
2. Solutio.
3. Solutio.
Ad tertium.
1. Solutio.
2. Solutio.

ricum, quo oẽs habitus intellectus vtũtur modo ſuo ad notificandas res, cæterum vltra illud lumen genericum, quilibet habitus habet inſitũ ſibi proprium, & ſpecificum lumen, quo ſuaptè natura notificat ad ſe pertinentia, ſiue illud lumen diſtinguatur ab habitu, ſiue ſit idem habitus nihil refert ꝓ nunc: ſicut ergo eſſet fatua conſequentia. Habitus principiorum, & habitus concluſionum in naturalibus, vtuntur eodem lumine generico, quod eſt lumen naturæ, ergo concluſiones cognoſcuntur lumine ſpecifico, quod eſt proprium habitus principiorum, quia trãſitetur à lumine generico vtriq; habitui cõi, ad lumen ſpecificum, & proprium habitus principiorum, vel econtra, ita rudis eſt conſequentia, fides, & Theologia vtuntur eodem lumine generico, ꝙ eſt lumen diuinæ reuelationis, ergo concluſiones Theologicæ cognoſcuntur lumine fidei, quod eſt lumen proprium habitus principiorum Theologiæ, eadem qua ſupra ratione, quia. ſ. tranſitur à lumine generico cõi fidei, & Theologiæ, ad lumen ſpecificum proprium habitus principiorum Theologalium, quod eſt lumen fidei.

3. Solutio. Ad hæc cũ dicis diuerſitatẽ habituũ, non inferre diuerſitatem luminũ, interrogo, de quo lumine loqueris? de ſpecifico an de generico? ſi de generico bene dicis, ſed quis hoc negat? ſi de ſpecifico falſum aſſumis, & exemplũ de lumine naturali eſt ab re, quia lumen naturale eſt lumen genericum omnibus habitibus cõe, & non lumẽ ſpecificũ, Mariales aũt loquitur de diuerſitate luminum ſpecificorũ: adhæc

4. Solutio. aſſumis, ꝙ ſicut ſe habet lumen naturale ad habitum principiorum, & ad habitum Cõcluſionũ in naturalibus, ita ſe habet lumen fidei, ad habitum principiorum, & ad habitum concluſionum Theologalium, & tñ hoc eſt falſum, nam non lumen fidei, ſed lumen Diuinæ reuelationis eſt, ꝙ ſe habet, ut lumen genericũ ad oĩa reuelata vt ex ſupra dictis manifeſtum eſſe poteſt, lumen aũt fidei eſt lumen ſpecificum proprium habitus principiorum Theologalium pro hoc ſtatu, ergo omnia, quæ ſcribis Faber ſcatẽt falſitatibus & continent plura mendacia quam verba.

An Molina cogatur dicere per doctrinam reuelatam intelligi fidem acquiſitam ut Faber nugatur.

VT neminẽ intactũ relinquat, accedit tandẽ Faber & ad Molinã, & conatur probare etiam illum cogi cõfiteri per doctrinam reuelatam intelligi fidem acquiſitam, nam vult inquit per doctrinam reuelatam intelligi facultatem Theologicam complectentem concluſiones, & principia, & concedit eſſe neceſſariam ad ſalutem humanam, quoad aliqua principia (de quibus conſtat ſecundum Molinam eſſe fidem non ſcientiã) & prętere dato ait, quod tota Theologia, & quoad principia, & quoad concluſiones eſſet neceſſaria nihil obſtaret, quia illa tota eſt fides, ergo per doctrinam reuelatam ſecundum opinionem Molinæ non intelligitur niſi fides. Reſpondet Mariales: falſum eſt totam Theologiã eſſe neceſſariam ad ſalutem, quoad principia, & quoad concluſiones, ſed eſt ſolum quoad habitũ principiorũ, qui eſt fides, qui habitus, quia eſt quaſi pars integralis Theologiæ, & quæ conueniunt parti enuntiantur etiam de toto, ideo etiam Theologia neceſſaria dicitur. Contra hanc doctrinam inſurgit ex more Faber conuitiis, & cõtumelius. Primum Mariales negat, inquit, totam Theologiam eſſe fidem, & ad rationem Fabri in contrarium nihil reſpondit, deinde mendacium eſt quod Faber aſſerat Molinam tenere totam Theologiam eſſe neceſſariam, nõ aſſerit hoc, ſed dicit dato, quod tota Theologia eſſet neceſſaria nihil obſtare, quia tota eſt fides. Demũ Mariales nugatꝰ, & ad Fabri rõnes nihil rñdet, nec dicit Faber Molinã velle, ſed dixit Molinã cogi ex ſuis dictis aſſerere totam Theologiam eſſe fidem, quia con-

1. Fabri obiectio.

2. Obiectio.

3. Obiectio.

concedit concluſiones. Theologicas deduci ex articulis creditis, proinde, & ipſas eſſe creditas non ſcitas, cũ ad ſcientiam requiratur euidentia naturalis ſecundum Ariſtot. qua omnino Theologia caret, dicere autem Ariſt. non recte definijſſe ſcientiam eſt negare principia, & impertinẽs, quia qñ doctores diſputant, an Theologia ſit ſcientia loquuntur ſecundum principia Ariſt. 1. poſte. & in rigore, ideo omnia quæ Mariales ſcribit abſurda sũt.

4. Obiectio.

Solutio.

Ad primũ.

Solutio. Leuitas obiectionũ quas in Mariales conficis, detegit doctrinæ illius ſplendorẽ. Cõquereris, quod Mariales non reſpõdeat rationi, qua probas fidem, & Theologiam eſſe eundẽ habitum? cum Mariales ſe remittat ad controuerſias 14. & 19. vbi ex profecto verſat hanc materiam, & annihilat, nedum ſoluit omnia tua obiecta in contrarium, non tibi de illo cõquerendum, ſed potius tibi improperandũ eſt, quod cum ibi legeris tuas rationes ſolutas, eas nunc recantes & contra ſolutiones nihil replices.

Ad ſecundũ

Adiungis eſſe mendacium, quod tu aſſeras Molinam velle totam Theologiam eſſe neceſſariam: nec Mariales refert hoc, ſed refert te dicere, quod dato quod tota Theologia eſſet neceſſaria, nihil obſtaret, quia tota eſt fides quæ verba tu ipſe hic refers, non ergo mendaciter retulit te Mariales. De nugis Mariales, quas non aducis nugatorium eſſet eſſe ſolicitum, ſi Mariales non reſpondet tibi, defeciſti valde non adducere rationes, quas intactas reliquit: initio tuarum conſiderationum, & folio 40. in principio, dicis te non ſingula Marialis obiecta adducere, quia tam multa contra quodlibet tuorum dogmatum obiecit, vt immẽſum volumen tibi eſſet neceſſarium ſi ſingulis obiectis ſatisfacere velles, & nunc dicis Marialem tuis rationibus non reſpondere?

Ad tertium.

Cum adiungis iterum, te nam dicere Molinam tenere, ſed Molinam cogi confiteri totam Theologiam eſſe fidem, quid uis vt dicam? ter hoc replicaſti de Caietano, de Bãnes, & de Molina, quod ter inſaniſti? abſit. ſufficiat hoc reiectũ eſſe ſuperius transeamus.

Ad quartũ.

1. Solutio.

Tandem concludis eſſe negare principia dicere Ariſtotel. non recte diffiniuiſſe ſcientiam, & quis dicit hoc Faber? certe Mariales id non dicit, quod dicit eſt, Ariſt. 1. poſter. non prætendiſſe tradere diffinitionem ſcientiæ abſolute, ſed ſolum ſcientiæ humanitus acquiſitę, vt ſæpius repetitum eſt, quorſum ergo, & contra quos tua ſomnia Faber adducis? impugnas? refellis? ſed dic mihi eſtne negare principia, negare quæ Ariſt. tradit, an non? ſi nõ, cur id nunc affirmas? ſi ſic, cur tu fol. 75. negas illud Ariſt. Axioma ab omnib. Doctoribus amplexatum, natura non dat inclinationem niſi ad quod perducere poteſt? & quod plus vrget obteſtaris Theologos debere in hoc ab Ariſt. recedere, quia homo naturaliter inclinatur ad viuiſionem Dei naturaliter inacquiſibilem; quis non rideat conſiderans hanc tuam inſtabilitatẽ? & voluntarium philoſophandi modum? cum alij negant Ariſtot. negant principia; cum Faber negat, nedum principia non negat, verum, & vniuerſa Theologorum caterua ab Ariſt. recedere debet; hic claudit Faber ſuam tertiam conſiderationem dicens abſurda eſſe omnia quæ Mariales ſcribit, obſigno, & ego meam hanc tertiã controuerſiam hortando Fabrum, vt cautius loquatur, etenim cum protulerit multas propoſitiones male olentes, ſi non erroneas, vt paulo ſuperius demonſtraui, dicere diſputationẽ Marialis, ex qua præfatę propoſitiones reiectæ ſunt, eſſe plenas abſurditatis, eſt indicare Fabrum pertinaciter tenere illas propoſitiones, (quæ pertinacitas eſt formalitas hæreſis) vnde in obligationem coniciet Lectores recurẽdi ad tribunalia ſolita, quod non permittat Deus, vt accidat.

CON-

CONTROVER. IIII.

Datur ne potentia neutra in rebus naturalibus? ſolide ne repellit Mariales, quę Faber ſcribit in hoc propoſito?

CONcluſio. Potẽtia neutra datur, & non datur in rebus, Mariales egregie repellit, quæ Faber ſcribit in hoc propoſito: prima pars aſſerti declaratur, & probatur copioſe a Mariales contr. 4. & deinceps videantur ibi ſcripta: ſecunda pars probatur profe-

1 Fabri obiectio. rendo in medium ſingula Fabri dicta, & ea per ordinem ſigillatim ſoluendo: obiicit ergo primum, Marialem ſibi contradicere nam primo docet contentionem de potentia neutra inter

2. obiectio. Thomiſtas, & Scotiſtas eſſe potius de nomine quam de re. Deinde totis viribus illam impugnat, & dicit eſſe abſolute negandum dari in rebus potentiam neutram ergo ſibi ipſi non conſtat. Item in fine capitis ſecundi

2·Obiectio. explicás Mariales, quomodo contentio de potentiá neutra inter Thomiſtas, & Scotiſtas ſit de nomine potius quam de re habet hæc verba,, Scotiſtæ, ait, volunt potentiam ad formas artificiales eſſe potentiam neutram, quod veriſſimum eſt, ſed nos contendimus talem potentiam aptius obedientialem quam neutram vocari,, & ſic reſtringit potentiam neutram in ordine ad formas artificiales tantum; e regione contro. 5. & 6. multis probat non dari potentiam neutram in ordine ad formas naturales, ſed quamlibet potentiam, ad illam eſſe vel naturalem, vel violẽtam, ergo ſibi ipſi aduerſatur Mariales.

Ad primũ. Solutio. Cuius vel æneum pectus formidoloſa hæc tela non terrerent, audi Faber, vtique concedit Mariales contentionem de potentia neutra eſſe potius de nomine quam de re; nihilominus etiam in hac verbali contentione opus eſt aliqua deciſione, & deciſio eſt inquit Mariales nequaquam potentiæ neutræ vocabulum admittendum eſſe, quia loquendum eſt cum pluribus, vt habet adagium, nullus autem philoſophorum potentiam neutram, vel ſemel nominauit, vt obſeruat Mariales initio contr. 4. in cuius rei ſignum, nullus Scotiſtarum, philoſophum aliquem vnquam aduxit in patrociniũ potentiæ neutrę; & in hoc eſt aliqaid repugnantiæ, Faber? & nõ te pudet etiã ſub mentito Muſcatelli nomine hæc ſcribere? ad ſecundũ con-

Ad ſecundũ tradictionẽ, ſi Mariales dixiſſet Scotiſtas ponere potentiã neutrã ſolũ in ordine ad formas artificiales, vtiq; ſibi contradiceret, probans in cõtrouerſiis ſequentib. non dari potentiã neutram ad formas naturales; cæterũ non dicit ſic ſed loquitur indifinitè, & dicit Scotiſtas ponere potentiã neutram ad formas artificiales, nulla addita excluſione formarũ naturaliũ, & hinc deducit nõ eſſe cõtra Thomiſtas abſolute aſſerere dari potentiã neutrã in reb. qñ, & ipſi cõfitentur potentiã ad formas artificiales eſſe neutram, licet rectius obediẽtialis quã neutra vocetur, tu aũt Faber ſolito tuo acumine, vtẽs indefinita pro vniuerſali deducis Marialẽ ſibi cõtradicere, dũ in aliis cõtrouerſijs probat nõ dari potẽtiã neutrã ad formas naturales, illa n. dicta nõ ſibi cõtradicũt, vt patet ideo, &c. itaq; cõtentio de potentia neutra eſt potius de noĩe q̃ de re, tũ in ordine ad formas artificiales, tũ in ordine ad formas naturales, q̃a potẽtia ad formas artificiales quã Scot. neutrã vocãt, Thomiſtæ cõtendunt aptius vocari obediẽtialẽ, potẽtiã aũt ad formas naturales, qua Sco. neutrã vocant, Thomiſtę admittũt eſſe neutrã, ſed dñt nõ eſſe in reb. phyſicę acceptis, ſed acceptis mathematicè vt Mariales late declarat, Faber autẽ corticẽ literæ nõ tranſgrediẽs, infingit cõtradictiones, repugnãtias, reſtrictiones dilatationes, quid ſcio ergo? in Mariales, & omnia in illum retorquet, im merito tamen, vt viſum eſt.

An diſtinctio quam Thomiſtę faciunt de reb. phyſicè et mathematicè acceptis legitima ſit; & fabri obiecta urgeant?

ACHilles Scotiſtarũ, quod detur potẽtia neutra in reb. cõtra Thomiſtas,

miſtas eſt, q̃a in reb. datur ſuperficies
capax colorum,nec inclinata nec relu
ctans in illos,ſi.n.inclinaretur ad albe
dinẽ v. g. violẽter eſſet ſub nigredine,
quia quod inclinatur ad vnũ oppoſi-
torũ, violenter eſt ſub alio,potẽtia aũt
capax nõ inclinata nec reluctãs ĩ actũ
eſt potentia neutra vt conſtat,ergo in
reb.datur potentia neutra. Reſp. Ma-
riales ex Caie. ſuperficies dupliciter ſu
mi põt. 1.phiſ.2.mathemat. (cuius di-
ſtinctionis explicatio legat̃ apud Ma-
rialẽ) ſi loquaris de ſuperficie phyſica,
nego in ea nõ eſſe inclinationẽ ad co-
lores, eſt.n.per ſe primo inclinata ad
genus coloris(loquendo de ſuperficie
corporũ miſtorũ) & ſecũdario ad ſin-
gulas coloris ſpecies, ſi loquaris de ſu-
perficie mathematica,cõcedo illã non
inclinari, ſed eſſe in potẽtia neutra ad
colores, ſed hoc nõ obſtat Thomiſtis,
quia negant dari potentiam neutram
in rebus naturalibus,non autem dari
in rebus mathematicis, & ita &c.

Aduerſus hanc doctrinã, & diſtin-
1. Fabri obiectio. ctionẽ inuehit Faber hũc ĩ modũ. Hic
inquit eſt quędã perplexio q̃ aduerſa-
rios decepit,& rẽ hanc per ſe clarã ob
nubilat,videtur.n. velle qđ ſuperficiẽs
mathematice cõſiderata ſit idẽ ꝙ ab-
ſtracte , & p intellectũ tm̃ cõſiderata,
phyſicè vero conſiderata ſit idẽ quod
conſiderata vt eſt in reb.ipſis,vnde,&
dñt Scot. recurrere ad abſtractiones
intellectus, hic aũt intellectus non eſt
ad rẽ,quia hic nõ eſt ſermo de ſuperfi
cie cõſiderata tm̃ vt hẽt eſſe in intelle
2. Obiectio. ctu,ſed vt hẽt eſſe in re,ergo.Secũdo li
cet ſuperficies dicatur ens mathemati
cũ,nõ tñ hinc ſequit̃,ꝙ nõ ſit eas phyſi
cũ; nã quãtitas linea,& ſuperficies sũt
entia,in q̃b. fit motus augmẽtationis,
& diminutionis, entia aũt in quib. fit
motus, sũt phyſica,dñr aũt mathema
tica,quatenus mathematica,conſide-
rat ea abſtracta a motu, & a mutatio-
ne, ergo ſuperficies eſt ens phyſicum.
I. Obiectio. Tertio ſuperficies, vt eſt ens phyſi-
cum poteſt duobus modis cõſiderari,
vno modo quatenus eſt ſuperficies hu
ius , vel illius corporis naturalis , alio
modo ſecundũ ſuam eſſentiã præciſe,
primo modo,ſuperficies ſequitur natu
rã corporũ,in quibus eſt, & pro illorũ
exigẽtia colores recipit,ſed hęc recep-
tio reſpectu ſuperficiei,eſt accidẽtalis,
cõſiderata ſecundo modo,ideſt ſecun-
dũ ſuã eſſentiã , ad nullã ſpeciẽ coloris
habet inclinationẽ , vel repugnantiã,
ſed puram capacitatẽ,ergo concedẽn-
tes Thomiſtæ in ſuperficie ſecundũ ſe,
potentiã neutrã ad colores, concedũt
potentiã neutrã phyſicã.i.non per ope
rationẽ intellectus in re naturali,ſubla
ta.n.quacumq; operatione intellectus
ſuperficies ſecundum ſe, vt eſt ſpecies
quãtitatis,eſt ens reale phyſicũ capax
omnium ſpecierũ colorum abſq; incli
natione,& repugnantia ad quamcũq;
illarum. Quarto cõſiderate ſuperficiẽ 4. Obiectio.
phyſice ſecundũ Thomiſtas,eſt conſi-
derare illã; ſecundũ illud eſſe quod ha
bet à parte rei in hoc vel illo corpore,
vbi habet inclinationẽ, vel repugnan
tiam ad ſpecies coloris , at hoc poteſt
duobus modis intelligi, vno modo,ꝙ
hæc inclinatio cõpetat ſuperficiei ſecũ
dum ſuam eſſentiam per ſe, alio mo-
do,quod hoc cõpetat ei per accidẽs.ſ.
ratione corporis in quo eſt; primo mo
do falſum eſt,ſecundo verũ, ſed faciẽs
pro nobis(inquit)contra aduerſarios,
quia loquimur de ſuperficie,ſm̃ quod
habet eſſe in ſe & p ſe, nõ ſm̃ id quod
eſt per accidens. Quinto ſi ſuperficiei 5. Obiectio.
ſecũdũ ſuum eſſe reale intrinſecè com
peteret inclinatio ad aliquã ſpeciem
coloris,vel repugnantia, non poſſet
in vno corpore eſſe ſubiectum albedi
nis , in alio nigredinis , quia quod
ineſt alicui per ſe, ineſt ei in quocũq;
ſit,quia ineſt inſeparabiliter, ergo neu
trũ dictorum põt illi conuenire, proin
de remanet in potentia neutra.

Sexto diſtinctio Thomiſtarũ rectè 6. Obiectio
expoſita facit pro Scotiſtis,nã ſuperfi-
cies mathematicè conſiderata.i.ſm̃ eſ-
ſe nudum ſuperficiei (ꝙ eſt eſſe entis
realis naturalis) eſt in potentia neutra
ad oẽs ſpecies colorum,ſimiliter conſi
derata phyſicè, vt eſt in corporib. na-
turalibus,adhuc quantum eſt ex ſe,eſt

impotẽtia neutra ad ſpecies colorũ, p accidens vero.i.quatenus eſt in corporibus naturalibus requirẽtibus ex propria natura determinatam ſpeciẽ coloris, ipſa recipit illam, & non aliam, tñ ſm̃ ſe nihil ei repugnat recipere illam, vel oppoſitam, ergo. Septimo. Concedunt Thomiſtæ cum Rada ſuperficiẽ, vt affectam diſpoſitionibus naturalibus poſſe dici in potentia naturali ad genus coloris per ſe primo, & per ſe ſecundo ad ſingulas coloris ſpecies, at hoc eſt abſurdũ, diſpoſitiones. n. ſunt qualitates, qualitates aũt non dicũtur diſpoſitiones reſpectu q̃titatis, ſed reſpectu ſubſtãtiæ, cuius ſunt qualitates, ergo tribuere ſuperficiei, ꝙ per qualitates diſponatur ad agendum, vel patiẽdũ, eſt principia philoſophiæ ignorare, vt patet.

7. Obiectio.

Solutio. Contigit ne tibi vnquam lector æſtiuo tpe iter peragere, inſpectoq; à longe puluereo turbine aerem circumquaq; inuadente credere armatorum hominum agmina tibi obuiã venire? factum aũt prope inuenire vile, neglectũ, ac turpe iumentulũ inter pulueres ludens, rudẽs circũuolutãſq; ſe ſe? tale quidpiam nunc contingit, intuere eminus longam hanc Fabrilium argumentorũ phalangam, ſuſpicaberis forſan inſigne aliquid continere, accede propius, intimius inſpice; reperies oĩa in verba, & nugas reſolui, non credis? ad praxim venio. Primũm Reſpondeo ad oẽs Fabri diſcurſus ſimul per interemptionem, ſi aliquid valerent probarent quoq; Ariſt. falsò ſcribere 3. metaph. in entibus mathematicis non eſſe bonum, & malũ, nec motum nec cauſam finalem, & ſimilia ab omnibus approbata, patet arguendo, vt facit Faber. De entibus naturalibus non eſt verum id ꝙ nunc ex Ariſt. relatum eſt, ſed entia mathematica ſm̃ Fabrum ſunt entia naturalia, ergo de entibus mathematicis dici non poteſt id quod ex Ariſt. relatum eſt: pondera lector ſingulos Fabri diſcurſus, & cernes illos æquè procedere contra Ariſt. atq; contra Marialem, ergo ſicut non valẽt cõtra Ariſ. ita nec cõtra Marialẽ, & qua gloſſa expediẽtur, & ſoluent, vt cõtra Ariſt. militãt, eadẽ ſoluũtur vt ꝓcedũt cõtra Marialem, quo ſuppoſito venio ad ſingula motiua ſingillatim.

Reſponſio generalis ad oĩa Fabri obiecta ſimul.

Ad primũ.

Ad primum Concedo ſuperficiem mathematicè acceptam eſſe ſuperficiẽ conſideratã ſm̃ ſe ſeorſim ab his, quæ habet merito ſubiecti in quo eſt, cum inſtatur hoc non eſſe ad rem, quia hic agitur de ſuperficie ſm̃ ꝙ habet eſſe in re, & non vt eſt in intellectu, quõ Faber non eſt ad rẽ? Scotus aſſumit hanc propoſitionem: ſuperficies eſt in potẽtia neutra ad colores. Thomiſte diſtinguunt illã, ſi loquaris de ſuperficie mathematica concedo antecedens, ſi de ſuperficie phyſica nego, & per hãc diſtinctionem diſſoluunt oĩa, & tu dicis hanc diſtinctionem non eſſe ad rem? non eſt ad rem diſtinctio per q̃ explicatur, in quo ſenſu dictum tui præceptoris ſuſtineri poſſit, vel non, & cõcedatur, vel negetur à Thomiſtis? vis eſſe ſermonem ſolũ de ſuperficie phyſica? iam audiuiſti, in hoc ſenſu falſum eſſe aſſumptum Scoti, quod tu adhuc nec probaſti, nec probabis.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundũ nõ poſſum riſum cohibere: aſſumis ꝙ per hoc quod ſuperficies dr̃ ens mathematicũ nõ deſinit eſſe ens phyſicũ, quorſum hoc Faber? quis hoc negat? ẽt nos cõcedimus ſuperficiẽ eſſe & ens phyſicũ, & ens mathematicum, ſed dicimus, ꝙ ſicut qua eſt ens phyſicũ, competit ei modo ſuo moueri, & alterari, ita quam eſt ens mathematicum, competit ei indifferẽtia, & neutralitas ad colores, veluti, & hõ eſt realiter aĩal, & rõnale, & qua aĩal, ei cõpetit realiter ſentire, qua rationalis realiter ridere. Contra hoc quid valet Faber tuus diſcurſus?

Ad tertium.

Ad tertiũ, nõ vides vir docte diſtinctionẽ, q̃ facis inuõluere cõtradictionẽ? eo. n. ipſo, quo cõſideratur ſuperficies ſm̃ ſuã eſſentiã præcisã à ſubiecto, & ſubiecti cõditionib. accipitur mathematicè, veluti cũ cõſiderat, vt eſt in tali, vel tali ſubiecto requirẽre, vel nõ requirẽre colores, accipit ſuperficies phyſicè

ſicè vt latè explicat Mariales ex Caie. ergo dicere, vt tu dicis, qđ ſuperficies phyſica pôt cõſiderari,& ſm̃ ſeipſam ſeorsũ à cõditionib. ſubiecti, & vt eſt in ſubiecto talis, vel talis tẽperamenti eſt dicere cõtradictoria, veluti ſi diceretur,albũ pôt ſummi dupliciter,& vt albũ & vt nigrũ; ꝙ ſi tibi Faber non placebat Marialis explicatio (quod ſuperficies mathematica eſt ſuperficies cõſiderata ſm̃ ſuã naturã præciſam ab oĩ ſubiecto,& ſubiecti cõditionib.) debebás eã rõnib. nõ conuitiis impugnare, aſſumendo oppoſitũ abſq; probatione,abutẽdo terminis,& recedẽdo à cõi vſu loquentiũ de artib.mathematicis,docendo ẽt cõtradictoria, vt ſup. itaq; bene ponderatus tuus diſcurſus probat ad ſummũ ſuperficiem ſm̃ ſe præciſe acceptã eſſe in potentia neutra ad colores,ꝙ gratis cõcedimus,ſed nõ eſt ad rẽ,qui taalis acceptio ſuperficiei eſt acceptio mathematica,nõ phyſica ſecundum quam acceptionem phyſicã tantum negant Thomiſtæ ſuperficiẽ eſſe in potentia neutra ad colores.

Ad quartũ. Ad quartũ. Non eſſet dignus catena qui hanc conſequentiã inferret,capillaturæ cõpetit realiter à parte rei criſpitudo,& nõ per opera intellectus,ergo cõpetit illi quã capillatura eſt, clamantib.philoſophis, quod cõpetit alicui cũ reduplicatione alicuius conditionis cõpetere oĩb. habentib.illã conditionẽ,& ad ſenſum conſtãte,nõ oẽs habẽtes capillos eſſe criſpos? talis aũt eſt conſeq. quã tu Faber infers,infers n.Thomiſtæ concedunt in ſuperficie, q̃ eſt ens phyſicũ , eſſe potentiã neutrã ad colores,q̃ concedunt in reb.phyſicis eſſe potẽtiã neutrã phyſicam, ſeu conuenientẽ, non per operationẽ intellectus, non vides te facere tranſitũ a ſenſu ſpecificatiuo ad ſenſum reduplicatiuũ? vtiq; Thomiſtæ concedũt in ſuperficie,q̃ eſt ens phyſicum (ecce ſenſum ſpecificatiuũ) eſſe neutralitatẽ ad colores, cęterũ negant talẽ neutralitatẽ illi cõpetere, quatenus ens phyſicũ eſt, ſeu phyſicè accipitur eſſe ſenſum reduplicatiuũ, & volunt cõpetere illi ſup. ſe acceptæ q̃ eſt acceptio mathematica, non phyſica; ſm̃ ſe.n. nec inclinatur, nec reluctatur in colores, at vt ponitur in hoc vel illo ſubiecto, trahitur ad cõditiones, & exigentiam illius & ſic in cęlo reluctatur,in mixtis inclinatur ad colores,omnib.ergo pẽſatis,mi Faber nihil dicis. In forma ergo Thomiſtæ cõcedunt potentiã neutrã in ſuperficie,q̃ & ens phyſicũ , nõ tñ qua ens phyſicũ eſt,ſed qua eſt ens mathematicũ, & cũ adiungis potentia neutra eſt potentia phyſica,& neutralitas cõpetit ſuperficiei realiter, q̃a ſm̃ ſe nullo intellectu cõſiderante nec inclinatur, nec reluctatur in colores: nũquid retorqueo ergo diſcurſum entia mathematica entia realia nõ ſunt? & proprietates entiũ mathematicorũ non realiter illis cõueniunt? vt ex eo quod neutralitas realiter competit ſuperficiei ſecundũ ſe,valeat arguere, ꝙ cõpetat illi phyſicè conſideratæ, & ꝙ potentia neutra ſit potentia phyſica? Audi Faber.Cum dr̃,ſuperficies ſecundũ ſe, ly ſecundũ ſe importat ſolitudinẽ,& præciſionẽ,a parte aũt rei nõ reperitur ſuperficies ſolitariè, & pręciſe ab omni ſubiecto,vt conſtat,ſed intellectus eſt,qui eam præſcindit,& ſolitudinem facit,ergo ſolitudo,& præciſio eſt opus intellectus,ſuperficies autem ſtans ſub preciſione realis eſt & ſimiliter, id quod ſuperficiei præciſe & ſolitarie acceptæ conuenit, pôt eſſe reale,& realiter conuenire veluti, & cum dicitur,homo in vniuerſali eſt,qui primo eſt naturalis, & beatificabilis, & participatione illius Petrus & Paulus cũ aliis indiuiduis rõnales,& beatificabiles ſunt, vniuerſalitas fit ab intellectu, homo autem vniuerſalitati ſubſtractus eſt realis, & rationalitas , ac beatificabilitas realiter illi conueniunt & ita &c.

Ad quintũ. Ad Quintũ dico ſuperficiẽ, quæ de ſe nec inclinatˀ nec reluctatur in colores,poſitã in ſubiecto trahi ad cõditiones,& exigentiã illius, ſi ſubiectũ incli-

natur in colores inclinatur & ipſa, ſi reluctatur, reluctantur, & ipſa, & cum quæritur an inclinatio cōpetat ſuperficiei per ſe aut per accidens, dico in ordine ad ſuperficiem ſecundū ſe cōpetere per accidens, veluti & accidit figuræ, quod ſit marmorea, vel aurea, & habere qualitates auri, vel marmoris, at in ordine ad ſuperficiē, vt eſt ſuperficies talis corporis competit per ſe, & cum additur Scotiſtas loqui de ſuperficie, ſecundū eſſe, ꝙ habet in ſe & per ſe, & non ſecundū id quod habet per accidens, & merito ſubiecti, concedo hoc, ſed nō obſtat Thomiſtis, quia cōſideratio ſuperficiei ſecūdū ſe ſeortim à cōditionibus ſubiecti eſt cōſideratio mathematica, non phiſica; propterea dnt Thomiſtæ & bene diſcurſus Scotiſtarum cōuincere dari potentiā neutram in rebus mathematicè acceptis, non autem acceptis phiſicè quo pacto abigunt ipſi potentiam neutram à rebus ideo omnia bene, ſed nihil ad rem.

Ad ſextum. & 7. Ad Sextum pudet reſpōdere: qñ. n. Thomiſtæ dnt ſuperficiem ſm̄ ſe non poſſe habere vel inclinationē, vel repugnantiam ad colores, ſed habere neutralitatem, conſiderant ſuperficiē mathematicè, Faber aūt cōfundēs terminos, vult, conſiderationē ſuperficiei ſecundum ſe eſſe conſiderationē phiſicam ideo ab re loquitur, & per hæc patet & ad ſeptimum.

Ad octauū. Ad Vltimum per diſpoſitionē intelligimus qualecūmq; contractiuū vel affectiuum alterius ad aliud, & quia in tali ſubiecto eſt in cauſa, vt ſuperficies modo ſuo, vel inclinetur, vel reluctetur in colores, vt explicatū eſt, ideo eſſe in ſubiecto eſt diſpoſitio ſuperficiei ad inclinari, vel reluctari in colores. Faber aūt qui ſolitus, eſt vti terminis large, & cōiter, vt Marialem mordeat recurrit nunc ad diſpoſitionem in ſummo rigore acceptam, & non videt quod etiam in rigore falſum eſt, diſpoſitiones eſſe ſolum ad ſubſtantiam; nam figura rotunda eſt diſpoſitio ad motū circularem, figura quadrata eſt diſpoſitio ad ſtabilitatem, & permanētiam, figura acuta diſpoſitio ad ſcindendū, & penetrādum, & tñ figura eſt qualitas, motus aūt inciſio, permanentia, & ſimilia non ſunt ſubſtantiæ, quis demum non videat æquiuocationem Fabri à diſpoſitione ad recipiendam quantitem ad diſpoſitionem quātitatis ad recipiēdos colores, & ſimilia quę pertranſeo, quia ad rem directe non pertinent, non ne ergo bene dixi lector longam phalangam argumentorum Fabri in verba reſſolui?

An materia inclinetur ad formas ſpecificas, an potius neutraliter ad illos ſe habeat, inclinata ſolum ad formam in communi, ut Faber vult; an quando aliquid inclinatur ad unum oppoſitorum, uiolenter ſit ſub alio?

ID quod cōuincit Fabrum ad tenendū ſuperficiem, & materiā non inclinari ad ſpecies formarum, & colorū, ſed neutraliter ſe habere ad illas, & inclinari ſolum ad colorem, & formā in genere eſt, quia ſi inclinarentur in albedinē. v. g. & in animam bouinam, violenter eſſent ſub oppoſita nigredine, & anima leonina, ꝓ regulam cōem quod naturaliter inclinatur in vnum oppoſitorum violenter eſt ſub alio, ꝙ tn̄ falſum eſt ſecundum oēs. Reſpondet Mariales controu. 5. cap. 2. Materia inquit inclinatur per ſe Primo in formam in cōi, & per ſe Secundo in ſingulas formas in ſpeciali, & idem eſt de ſuperficie phyſica in ordine ad colorem in genere, & in ſpecie, vniuerſim. n. verum eſt quidquid per ſe primo inclinatur in aliquod genus per ſe ſecundo inclinari in ſingulas ſpecies contentas, ſub genere, nec tn̄ propterea ſequitur, ſi materia inclinatur ad formam bouinam violenter reperiri ſub oppoſita forma leonina, nam tunc ſolum ſequitur violētia ſub vno oppoſitorum Inquiunt Scotus, Lichetus Baſſolis, Rada Caiet. & alij. cum inclinatio eſt ad alterum determinate, & adęquate, materia autem inclinatur ad ſingulas formas

mas inadæquatè, & indeterminatè, ideo nõ oportet vt inclinata ad vnam formã violenter ſit ſub alia, & idẽ eſt de ſuperficie reſpectu colorum. Cõtra hanc ſolutionem inſurgit Faber,& debacchatur valde, obijcitq; tam multa,vt ad vitandam cõfuſionẽ decreuerim ea ſingillatim referre, & ſingulis ſingillatim ſuas ſolutiones applicare.

1. Obiectio. Fabri. Obijcit ergo primo,non poſſum mirari ſatis (inquit) ſtoliditatem ſic reſpõdentium,faciunt.n.differentiam inter neutraliter, indeterminate, & inadæquate,quæ certe vt omnes norunt,nulla eſt,ſed prorſus idem eſt, potentiam aliquam reſpicere aliquas formas indifferenter,& indeterminatè, ac reſpicere neutraliter.

1. Solutio. Solutio. Ergo ne Faber Scotus, Rada,Lichetus.Tartaretus Baſſolius, & Caiet. quia docent oppoſitum eius quod doces tu, dementant, & ſtolidi ſũt? infortunata ſchola ſcotica ſub quo infauſto ſydere orta es? vt in tua hac (vt ſic dicam) decrepitate ſcriptorem tam caninum ſortireris, qui nec tibi matri,nec genitori Scoto, nec confratribus Scotiſtis parceret,ſed in omnes æque deſſeuiens,omnes æque læderet, laceraret,transfoderet? non conqueraris amplius Mariales Fabrum tã acerbe in te oblatraſſe,in ſuos dentes exercuit?& quomodo,qui in ſuos immitis eſt,in exteros vrbanus eſſe poterat,ſed iam videamus eius diſcurſus quid valeãt.Miraris Faber ſtoliditatem diſtinguentium inter reſpicere neutraliter, & reſpicere indeterminate aliquid,omnibus confitentibus hæc idem eſſe, & ego ſatis mirari nequeo quomodo hęc aſſummas,& nihil probes, & non videas te petere principium manifeſtũ, Mariales.n. cum doctoribus citatis dicit,quod neutralitas, & indeterminatio differunt valde,reſpicere.n.neutraliter importat duo, nempe negationem inclinationis, & negationem determinationis, ad vnum potius quam ad aliud (loquendo de neutralitate propriè) reſpicere autem indeterminatè importat vnum tantum nempe negationem maioris inclinationis ad vnum,quam ad aliud,tu autem Faber vt hoc impugnes, aſſummis miro artificio vt principium certum, & conceſſum ab omnibus,quod reſpicere neutraliter,& reſpicere indeterminatè idem ſunt ſecundum omnes,ergo aſſummis quod probandum eſt, & petis principium, dic mihi qui ſunt iſti omnes Faber? cur vel vnum authorem non citas in tuum patrocinium vbi tot contra dictores habes? qui ſunt iſti omnes? vnus ne Faber inſtar omnium?

Secũdo.Obijcit: Reſpicere aliq̃ formam naturaliter eſt reſpicere illam determinatè,& adęquatè,ita ꝙ ad oppoſitam habet repugnantiam, nõ poſſet aũt repugnare oppoſitæ, niſi eſſet determinata, & adæquata alteri oppoſitæ, quare.n.terræ repugnat eſſe ſurſũ, niſi,quia eius potẽtia reſpicit determinatè,adæquatè,& pręcisè vbi deorſũ? alioquin ſi indeterminatè, & inadæquatè reſpiceret. Vbi deorſum, & ſurſum,naturaliter poſſet ſub vtroq; quieſcere, cũ ergo materia ſcđm aduerſarios reſpiciat ſingulas formas in ſpeciali inadæquate,indeterminatè,& nõ pręcisè, ſequitur apertè illos concedere, materiam recipere formas ſpecificas non naturaliter, ſed neutraliter. 2. obiectio.

Solutio. Duas petitiones principij cõmittis Faber,prima eſt: Nã Thomiſtæ cum Scoto, & alijs tenent materiã inclinari ad ſingulas formas inadæquatè,& indeterminatè,tu aũt, vt hoc impugnes aſſumis,vt principium certum abſq; probatione aliqua,ꝙ potentiam inclinari ad aliquam formam eſt illam reſpicere formam adæquatè, & determinatè, quod eſt aſſumere, vt diffinitum id, de quo diſputatur, ergo petis principium. 1. Reſpõſio.

Secũda petitio principij eſt,nã Thomiſtæ & Scotiſtæ ſimul(te excepto)dicunt materiã inclinari ad ſingulas formas in ſpeciali,& ad nullã earũ habere repugnantiam (loquendo de materia 2. Reſpõſio.

ria prima)per cōſequēs volunt ad hoc vt potentia inclinetur ad aliquid non eſſe neceſſarium,vt habeant repugnātiam ad oppoſitum eius in ꝙ inclinatur,tu aūt vt hoc impugnes aſſumis,vt principium certum abſq; probatione aliqua,ꝙ potentiam reſpicere formam aliq̃ naturaliter, eſt reſpicere illam ita determinatè,vt habeat repugnantiam ad formam oppoſitā, ergo petis principium: falſum eſt ēt illud aliud,ꝙ ſub nectis,nimirum,potentiam non poſſe repugnare vni oppoſitorum, niſi eſſet determinata,& adæquata alteri oppoſito. Dic mihi liberalitas nonne habet oppoſitionem,& ad prodigalitatē, & ad auaritiam vitia oppoſita,& tñ nulli earum eſt adæquata, & determinata, & idem eſt de quacūq; alia virtute in ordinē ad vitia extrema quibus opponitur?qūo ergo aſſeris potentiam non poſſe habere repugnantiam ad vnum oppoſitorum niſi ſit adæquata, & determinata alteri oppoſito? exemplum aūt ꝙ adducis de terra,ꝙ non haberet repugnantiam ad locum ſurſum niſi eſſet determinata ad locum deorſum non eſt ad rem, & probat oppoſitum intenti.Non eſt ad rem quidem, quia hic diſputatur, an materia inclinetur inadæquatè ad ſingulas formas in ſpeciali , tu aūt affers exemplum de terra inclinata ad locum deorſum adæquatè,non inadæquatè:probat vero oppoſitum intenti,nam Mariales cū Scoto docet non eſſe violentiā ſub altero oppoſitorum, niſi qñ eſt inclinatio ad alterum oppoſitum determinata,& adęquata,qñ aūt eſt inclinatio inadæquata non eſt violentia,tū aūt vti hāc gloſſam impugnēs,affers exemplū de terra violenter exiſtente ſurſum, quia inclinatur adęquatè ad locum oppoſitū deorſum,ergo probas gloſſam Mariales eſſe bonam,q̄ ſi infringere volebas debebas afferre exemplum de aliquo inclinato inadæquatè ad vnum oppoſitorum,habente repugnantiam ad alterum,quod non feciſti,ideò ab re, & contra te ipſum ſcribis,quæ ſcribis.Nō nego tñ quin ſi terra naturaliter inclinaretur ſurſum,& deorſum inadęquatè,naturaliter vtrobiq; quieſceret,cæterum nō inclinatur niſi in locum deorſum ideò non ſurſum,& deorſum,ſed ſolùm in quolibet loco deorſum quieſcit,vnde &c.

3.Obiectio. Tertio obijcit Faber commune proloquium eſt . Materiam appetere formam,& tamen eſſe indifferentem ad ſingulas formas, ergo materia inclinatur ad formam in cōi, & neutraliter ſe habet ad formas in ſpeciali , niſi.n. neutraliter ſe haberet , violenter quieſceret ſub forma oppoſita illi , ad quā inclinatur,|certum enim eſt nihil|inclinari poſſe ad oppoſita , inclinatur autem materia ad formam in communi quæcunque illa ſit,quia forma quauis ſatiatur adæquatè,ideò ſub quacunq; naturaliter non violenter quieſcit.

1.Solutio. Solutio.Infelix philoſophia quis medebitur lætalibus,vulneribus,quę tibi Faber infligit ? dic mihi bonæ homo, quæ nam eſt prima radix corruptionis rerum? nonne materia cum priuatione generante appetitum formæ non habitæ,& ſic ſtimulante materiam ad malum formæ poſſeſſæ,vt dicitur primo Phyſicorum?quomodo ergo dicis nunc materiam neutraliter ſe habere ad ſingulas formas? ſi neutraliter ſe habet, vnde habebit quod conetur ad habendas formas, quibus priuata eſt, & inde per accidens machinetur , ad malū formæ poſſeſſæ ? ſi ſub qualibet forma quieſcit naturaliter,& adęquatè,vt tu dicis,quomodo,extendetur ad alias ? nunquid in tua officina potentia extendi poteſt vltra ſuum terminū adæquatum?& poſtea interrogo cum 2.Solutio. materia appetit formam , ſub qua ratione appetit ? ſub ratione formæ in communi,an ſub ratione formę in ſpeciali ? non ſm̄ , quia tu ipſe hoc negas contra Thomiſtas,ergo primum:tunc ſic , ſed nulla forma ſpecialis continet omnem perfectionem formæ in genere veluti nec vlla ſpecies animalis continet omnem perfectionē,& poteſtatē ani-

animalis(ſecus homo latraret,& rigiret(quod abſonat)ergo implicat materiam ſub aliqua forma in ſpeciali quieſcere adæquatè,contra id quod dicis, appetitus enim non ſatiatur niſi obiecto toto eo,quod appetit.

3 Solutio. Item aut materia obtenta vna forma obtinet totum, quod appetit, aut non,ſi non ergo non ſatiatur adæquatè illa, cõtra id,quod aſſeris, appetitu non quieſcente,niſi obtento toto eo, quod appetit; ſi ſic ergo ſub alia forma non quieſcit naturaliter,nec ſatiatur, ſm̃ te.n.materia non appetit,niſi rationem formæ in cõi, q̃ iam totam poſſidet ſub forma priori, & nihil appetit,quod iam habet, vt quid ergo eã appetit ſub alia forma? & quis dicat materiam ſatiari forma quam non appetijt?

4 Solutio. Item habita forma ignis interrogo, aut materiam appetit formam aquæ, aut non; ſi ſic, ergo non ſatiatur adæquatè forma ignis,contra id quod dicis, nihil.n. extenditur vltra ſuum terminum adæquatũ, & appetitus adæquatè ſatiatus nihil amplius appetit; ſi non,ergo ignis eſt naturaliter incorruptibilis;dicitur enim naturaliter corruptibilis,quia eius materia ex appetitu, quem habet aliarum formarum ab igne, machinatur per accidens ad deſtructionem ignis,vt alias formas appetitas obtineat ex 1. Phyſic. & ex libris de cęlo,materia aũt ignis ex hipoteſi non habet talem appetitum,& cõſequenter non habet vnde machinetur ad deſtructionem ignis,ergo ignis remanet naturaliter incorruptibilis,vt cęlum,quod eſt ridiculum.

Item qñ ex igne fit aqua, Ariſt. docet principia illius tranſmutationis eſſe tria,nempe materiam, formam, & priuationem,& communiter exponitur priuationem formæ ignis, quæ eſt in materia eſſe terminum à quo talis tranſmutationis, priuatio autem generat appetitum, vt eſt in adagio, ergo vel falsò dicit Ariſt. priuationem eſſe principium rerum naturalium,vel falſum eſt adagium, priuationem generare appetitũ,vel falsò dicit Faber materiam priuatam forma ignis, non appetere formam ignis.

6 Solutio. Item cõiter docetur in libris de cęlo ideò cęlos eſſe naturaliter incorruptibiles,quia ſingulorum materia adæquatè ſatiatur forma quam habet,& aliam non appetit,Faber autem vult hoc ipſum contingere in materia ſublunarium, vult enim, & ipſam ſatiari adęquatè ſub qualibet forma,ergo vel falſum eſt Fabri aſſertum,vel falſa cõmunis doctrina de incorruptibilitate cęlorum.

5 Solutio. Quod ſi dicas materiam habita forma ignis appetere formam aquæ ſub ratione communi formæ non ſub ſpeciali ratione aquæ,hæc fuga latè exploditur à Mariales in ſuis controuerſijs, & remanet exploſa ex proxima dictis non eſt cur diutius immoremur; ſub forma enim ignis, aut materia poſſidet omnem perfectionem formæ in genere,aut non,ſi non ergo falſum eſt materiam ſub qualibet forma adæquatè ſatiari,quõ.n.ſatiari poteſt adæquatè,non obtento toto,quod appetit? ſi ſic,ergo non eſt cur appetat alias formas,quia ſub forma ignis poſſidet omnem perfectionem formæ appetitæ in communi,qua, & ſatiatur adæquate, nemo.n.appetit,quod poſſidet, & nihil extenditur vltra ſuum terminum adæquatum, & ſimilia, quæ in progreſſu explicabuntur latius, ergo alterum duorum dicendum eſt,vel materiam,habita forma ignis non appetere alias formas contra communẽ ſententiam,quia ſub forma ignis adæquatè ſatiatur,vel ſi appetit, appetere quoad rationes ſpeciales ipſarum formarum,quo titulo eas non habet,vt Thomiſtæ docet, & ſic illam non ſatiari adæquatè ſub qualibet forma, vt Faber aſſumit,& cum adiungitur certum eſſe nihil inclinari ad oppoſita hæc eſt petitio principij immò oſtenſum eſt nihil inclinari ad oppoſita adæquate bene verò inadęquatè,vt libera-

Fabri effugium repellitur.

litas

litas inclinatur naturaliter ad explodenda duo vitia oppoſita prodigalitatis, & auaritiæ, & idem eſt de qualibet alia virtute per ordinem ad vitia extrema quibus opponitur, & ita &c.

4. Obiectio. Quarto obijcit Faber iſti groſſi pedales diſtinguunt (inquit) de inclinatione determinata, & indeterminata, hęc autem diſtinctio eſt implicatoria; nam ſi eſt inclinatio neceſſario eſt ad aliquem terminum vnum aliquo modo, iuxta illud, natura determinatur ad vnū, ergo ſi datur inclinatio inadæquata neceſſe eſt ꝙ in quantū eſt inclinatio reſpiciat vnum, in quantum verò eſt indeterminata reſpiciat alterū, non enim poteſt eſſe inclinata, & indeterminata reſpectu eiuſdem, proinde cū ſm̄ aduerſarios materia ſit inclinata naturaliter indeterminate ad formā, fit vt in q̄tū habet inclinationē reſpiciat formā in cōi, q̄ eſt vnū genus, in quantum vero eſt indeterminata reſpiciet formas in ſpecie, quæ eſt merito ſententia Fabri.

1. Solutio. Solutio. Bene mehercle Faber bene: ſed audi vnam periodum tui præceptoris Scoti, & inde videas, ſi iure obloqueris contra iniquos obloqueris Scotus ergo 1. ſent. d. 1. q. 1. ad vl timū ſic ſcribit. Materia prima, inquit, ad nullam formā determinate inclinatur, & ideo ſub quacūq; quieſcit nō violenter, ſed naturaliter, ꝓp indeterminatā inclinationē ad formā q̄cūq; erige Faber aures ad ly ꝓp indeterminatā inclinationē ad formā q̄cūq; ergo ſm̄ Scotū inclinatio ad forma quaſcūq; eſt indeterminata, & tū tu Faber groſſipedales vocas qui diſtingūt de inclinatione determinata, & indeterminata, ergo vel Scotus, vel tu groſſipedalis.

2. Solutio. Et cum adiungis quod natura eſt ad vnū, dico eſſe determinatā ad vnū in genere, & indeterminatā ad ſingula cōtēta ſub genere, vt potētia generatiua eſt determinata ad vnū, .i. ad generādū vno modo, puta cū mixtione ſexuum, ꝑ diſpoſita materia, &c. & eſt indeterminata ad oēs generationes particulares, ad quas ſingulas inclinatur, vt Scotus dicit de Materia, quod inclinatur ad ſingulas formas indeterminate, & cum iterū addis ꝙ inclinatio, & indeterminatio nequeunt attendi penes idem, ſed pænes diuerſa, hoc eſt contra Scotum manifeſtę, vult n. materiā inclinari ad ſingulas formas indeterminate, & ſic tā inclinationē, q̄ indeterminationem circa eaſdē formas in ſpeciali verſari, & recte ſi natura ipſa formę in genere ſm̄ ſe determinata eſt, tamen indifferenter ſe habet ad formas in ſpeciali à q̄bus participatur, cur nō poterit & inclinatio naturalis determinata ad formam in communi per ſe primo, tranſire per ſe ſecūdo ad ſingulas formas in ſpeciali indeterminate, & vagæ? 3. Solutio.

4. Solutio.

ſeruit Scotus dum ne contra Fabrum in prol. quęſt. 1. ad finem in reſponſione ad primum impoſſibile eſt, inquit, aliquid eſſe obiectum primum, naturaliter, quia & quodlibet contentum ſub illo ſit per ſe obiectum naturaliter, ſubſumas Faber minorem, ſed forma in genere eſt obiectum primam inclinationis materiæ (vt tu cōfiteris,) ergo impoſſibile eſt omnes formas ſpeciales, quæ ſub forma communi continentur, non eſſe obiecta ſecūdaria talis inclinationis, ergo tam inclinatio, quam indeterminatio verſantur circa eaſdem formas in ſpeciali formæ, n. ſpeciales continentur ſub forma communi, acceptę ſecundum ſpecificas ſuas rationes, quas ſupra illam addunt, & ſecundum quas ab illa aliqualiter diſtinguūtur, & nō acceptæ ſm̄ cōem rōnē formæ; quo pacto ſunt vna forma cōis vt dr̄ in libro prędicabilium, quod participationes ſpeciei plures homines ſunt vnus homo, & idem ſub ſe ipſo non continetur vnde &c. 5. Solutio.

5. Obiectio. Quinto obiicit Faber ſi Materia, (& idē eſt de ſuperficie) inclinatur naturaliter inadæquate, & non præciſe ad formas oppoſitas, ſequitur, quod natu-

naturaliter poteſt ſimul quieſcere ſub formis oppoſitis quod eſt falſum, ergo probatur ſequela, nam omnis popotentia poteſt actu eſſe ſub adæquato termino, & ſubadæquata forma, ergo ſi ſingulæ formæ inadæquate perficiunt materiã, omnes ſimul perficiunt adæquate, & ſic materia poteſt eſſe ſimul ſub oppoſitis formis. Nec iuuat dicere materiam reſpicere omnes formas diuiſim, non coniunctim, nam ſic ſequeretur, quod cum adueniente priuatione, materia abiicit vnam formã ſpecificam, ad quam inadęquate inclinabatur, & recipit aliam oppoſitam, inclinatio naturalis materiæ mutaretur, quod eſt abſurdum, patet ſequela, nã materia nunc recipit naturaliter formam aquæ, & propter hoc non poteſt ſimul recipere formam ignis, diuiſim autem dimiſſa forma aquæ poteſt naturaliter recipere formam ignis, ergo naturalitas, & inclinatio materiæ mutatur non enim eadem naturalitate poteſt recipere formas oppoſitas.

Effugiũ exploditur.

Solutio. Solutio. Et tu ſcripſiſti Faber in Philoſophia? O tempora deploranda, O Philoſophiæ lycea in Fabriles officinas conuerſa? dic mihi nouelle Plato, non ne legiſti apud Philoſophos materiam habere potentiam ſimultaneã ad omnes formas, non autem potentiam ſimultatis ad illas, & potentiam reduci ad actum eo modo, quo ad illum eſt in potentia, ſi ergo materia eſt in potentia ad habendas omnes formas ſucceſſiue non ſimultaneæ, diuiſim non coniunctim, quomodo audes ſcribere, quod ſi materia inclinatur inadæquate ad formas oppoſitas, ſub oppoſitis formis ſimul quieſcere poſſet? quomodo ſtante tua illatione reduceretur materia ad actum formarum, eo modo, quo eſt in potentia ad illas, ſi in potentia ad illas eſt diuiſim, & tu vis eam poni coniunctim ſub illis? nonne Scotus

2. Solutio. (vt relatum eſt) vult materiam inclinari indeterminate ad ſingulas formas? quomodo ergo tuus diſcurſus non æque militat contra Scotum ac contra Thomiſtas, proinde non ęque tibi à Thomiſtis incumbit ei ſatiſfacere, reſpondeas ergo tu pro Scoto, & quicquid pro illo dixeris, pro nobis dictum accipias.

Et cum adiungis omnem potentiam poni poſſe actu ſub ſuo adęquato termino, credebam certe ſaltim, in Theologia te magis verſatum; dic mihi nonne eſt communis regula Theologorum, omnipotentiam Dei habere pro termino adæquato omne producibile, & tamen eſſe implicantiam, illam producere ſimul omnia producibilia, quia ſic remaneret exhaurita, & daretur infinitum. 3. Solutio.

Itẽ nonne obiectũ adæquatũ oculi eſt viſibile in cõi, obiectũ intellectus intelligibile in cõi, & ſic de aliis potẽtiis? & tñ eſt implicãtia oculũ habere ſimul plures viſiones, intellectũ plures intellectiones, & alias potẽtias plures operationes diſparatas ſimul? & tu Faber aſſumis, vt principiũ irrefragabile oẽm potentiã (dixiſſet ad minus potẽtiã ſic indiffinite fuiſſet minus malũ) poni poſſe actu ſub adęquato ſuo termino? audiuiſti vnq̃, quod eſſe ſucceſſiuorũ conſiſtit in ſucceſſione, & non in ſimultate partiũ? cũ ergo terminus adæquatus inclinationis materiæ ſit collectio formarũ ſucceſſiuè, & diuiſim acquiſibilium, qũo rerũ naturas inuertẽs tu vis poſitionẽ materiæ ſub adęquato termino conſiſtere in eo, q̃ ſimul, & coniũctim ponatur actu ſub omnib. quas reſpicit formis? nõ vides craſſum tranſitũ, quẽ facis ab obiecto adæquato formali ad obiectũ adęquatũ materiale? ſingulæ formæ ſunt obiectũ adęquatum materiale rõ formę in cõi eſt obiectũ adæquatũ formale (appellatur.n. obiectũ adæquatum formale id, cuius participatione potentia attingit quicquid attingit) obiectũ materiale adæquatũ eſt diuiſibile in plura, obiectum formale adæquatum eſt 4. Solutio. 5. Solutio.

indi-

indiuiſibile quia eſt ſpecificatiuum potentiæ, & ſpecificatiuũ conſiſtit in indiuiſibili, vt traditur in met. potentia ergo poteſt poni actu ſub ſuo termino adæquato formali, qualis eſt ratio formæ in genere reſpectu materiæ, non autem poni poteſt actu ſub obiecto adæquato materiali, quales ſunt omnes formæ ſpeciales, niſi ſucceſſiuè, & diſiunctim, vt ſupra, vnde &c.

6. Solutio. Et cum replicas, quod ſi materia reſpicit formas diuiſim nõ coniunctim, inclinatio materiæ mutatur ad mutationem formarum aduenientium; fateor ad hanc vſque diem me nihil ridiculoſius audiuiſſe, valeret ne conſeq. oculus habet virtutem ad eliciendas viſiones circa ſingula viſibilia ſucceſſiuè, ergo finita vna viſione, & inchoata alia circa aliud viſibile, virtus viſiua mutatur? cur ergo valebit in materia? materia naturaliter inclinatur ad ſingulas formas ſucceſſiuè acquirendas, ergo ad mutationem aduenientium formarum, inclinatio mutatur, quomodo mutatur? cum formæ eo ordine ſucceſſiuo illi adueniant, quo materiæ inclinatio eſt ad eas habendas? ſed de hoc plura adhuc inferius.

6. Obiectio. Sexto Obijcit Faber; nulla res inclinari poteſt abſolutè ad oppoſita, neque determinatè, neque indeterminatè; dico abſolutè, ait; quia illa additio facta à Mariales de inclinatione (determinata) ſuperflua eſt, quia inclinatio naturalis, & inclinatio determinata idem ſunt, & ridiculum eſt admittere inclinationem naturalem indeterminatam, vt viſum eſt, ſed formæ ſpeciales ſunt oppoſitæ, ergo materia non inclinatur ad illas vllo modo, nec determinatè, nec indeterminatè probatur minor, nam actus oppoſiti ſunt incompoſſibiles, ergo ad illos nulla eſt potentia naturalis, vt quia caliditas,

Thomiſtarũ repellitur. & frigiditas ſunt incompoſſibiles, ergo ad illas nulla eſt potentia naturalis, vt quia caliditas, & frigiditas ſunt incompoſſibiles cuicunque ſubiecto, impoſſibile eſt dari aliquod ſubiectum, quod abſolutè ſecundum ſuam eſſentiam ad ambos iſtos actus inclinetur; nec iuuat, ſi dicatur formas oppoſitas eſſe incompoſſibiles ſimul coniunctim, non autem ſucceſſiuè & diſiunctim, nam refellitur, vt ſupra, ſi enim potentia non poteſt illas ſimul recipere, ſignum eſt, quod ad illos non habet eandem inclinationem, ſed diuerſam, & ſic in eodem poneremus diuerſas, & oppoſitas inclinationes, & naturas, & eadem potentia ſecundum diuerſas inclinationes reciperet modo vnam formam oppoſitam, modo aliam, & ſic neceſſarium eſſet ponere tot inclinationes diuerſas in eadem potentia, quot eſſent formæ oppoſitæ, quod patet eſſe falſum, quia ſicut vnius entis eſt vnica eſſentia, ſic vna natura, & vna inclinatio naturalis, vel eſſet dicendum, potentiam mutare inclinationem naturalem, cum formam oppoſitam recipit, vel eſſet dicendum, quod eadem inclinatione naturali reciperet formas oppoſitas.

Soluitur: Tuus præceptor Scotus nedũ Thomiſtas, ſed te ipſum Faber illam propoſitionem, quã toties inculcas, nimirũ nihil inclinari ad oppoſita, audi verba Scoti, & vel illum veneráre. in primo ergo diſtinctione prima, quæſt. prima in fine ſic loquitur, dico, inquit, quod quies violenta nunquam eſt, niſi quieſcens determinatè inclinetur ad oppoſitum, ſicut exemplificatur de graui reſpectu deorſum, materia autem ad nullam formam determinatè inclinatur, ideo ſub quacunque quieſcit non violenter, ſed naturaliter propter indeterminatam inclinationem ad formas quaſcunque: ecce Faber Scotus expreſsè vult dari inclinationem indeterminatam, ad formas oppoſitas, & ob id ſub nulla earum eſſe quietem violentam, quia non eſt violenta quies, niſi cum eſt ſub oppoſito eius, ad quod eſt inclinatio determinata, & tu ergo contra tuum

præ-

Præceptorem obloqui audes & dicis ridiculum eſſe fingere inclinationem naturalem indeterminatam, & quod inclinatio naturalis, & inclinatio determinata idem ſunt, & demum falſum eſſe, quod potentia aliqua inclinetur ad oppoſita, & ſimilia, ſuperius reiecta, & à te nunc inutiliter repetita.

2.Solutio. Cum ſubiungis actus oppoſitos eſſe incompoſſibiles eidem potentiæ, propterea potentiam non poſſe naturaliter in illas inclinari, quia nihil inclinatur ad incompoſſibilia, & repugnantia, quid dicis Faber de repugnantia, & incompoſſibilitate? ſi intelligas nihil inclinari ad incompoſſibile, & repugnans ſibi, bene dicis, ſed id, quis niſi inſanus neget? ſi intelligas nihil inclinari ad aliqua inter ſeſe incompoſſibilia, & repugnantia, petis principium, & deſtruis ſenſum, plures enim viſiones ſunt incompoſſibiles ſimul in eodem oculo, & tamen oculus eſt in potentia ad illas

3.Solutio. ſucceſſiuè eliciendas. Vnde reſolutè dici poteſt nihil inclinari ad plura inter ſe incompoſſibilia & repugnantia, vt coniunctim, & ſimul obtinenda, bene vero inclinari ad illa, vt obtinenda diiunctim, & ſucceſſiuè, (quo ſolum pacto materia eſt in potentia ad formas oppoſitas, & oculus ad viſiones incompoſſibiles) quo fit, vt falſum, & puerile ſit dicere op-

4.Solutio. poſitionem formarum inter ſeſe, & impoſſibilitatem, quod materia illas ſimul obtineat, ſignum eſſe materiam ad illas non habere eandem inclinationem, ſed diuerſas; dic mihi: Nonne oculus habet eandem virtutem naturalem ad eliciendas ſucceſſiuè omnes viſiones quãtumlibet incompoſſibiles? cur ergo & materia eadem realiter inclinatione naturali ad formas ſucceſſiuè acquirendas, quantumlibet oppoſitas inclinari nõ poterit? quorſum dicerent Metaphyſici materiam habere potentiam ſimultaneam ad oppoſitas formas, ſed non potentiam ſimultatis: ſi non intenderent in materia eſſe eandem potentiam, & inclinationem realiter ad omnes formas ſucceſſiuè acquirendas? ad modum quo dicitur 3. phyſicorum dari in rebus infinitum in potentia ſyncategorematicè Ariſt. non categorematicè, ideſt ſucceſſiuè non ſimultaneè ad actum reducendum? quomodo diceret Ariſt. eandem eſſe potentiam contrariorum, vt eundem oculum eſſe albi, & nigri, ſi eſſet impoſſibile eandem potentiam, & inclinationem eſſe ad cõtraria etiam ſucceſſiuè acquirenda?

5.Solutio. Quorſum huc inducitur illud motiuum de eadem, aut de diuerſis inclinationibus, cum hic diſputetur, an materia ad oppoſitas formas inclinetur, & non, an inclinetur vna, aut diuerſis inclinationibus? Cum au- 6.Solutio. tem ſubiungis eo ipſo quod caliditas, & frigiditas ſunt incompoſſibiles eidem ſubiecto, & ſubiectum nequit illas ſimul acquirere, ſignum eſt ſubiectum ad illas non habere eandem inclinationem, ſed diuerſas. Facis tranſitum à ſecundum quid ad ſimpliciter, arguens ita: ſubiectum non habet inclinationem hoc modo, ſcilicet ad habendum ſimul albedinem & nigredinem, ergo non habet abſolutè inclinationem ad illas.

7.Solutio. Cum iterum addis, quod ſi ſubiectum haberet diuerſas inclinationes ad formas oppoſitas, darentur in ſubiecto inclinationes oppoſitæ, tot quot ſunt formæ, quod abſonat, quia ſicut vnius rei non eſt pluſquam vna natura, ita nec plus quam vna inclinatio naturalis. Ieſu, mi Faber, quot chymeras confiçis; Legiſti ne vnquam in Metaphyſica contraria debere eſſe circa idem? cum ergo inclinationes ſint ad formas diuerſas, quomodo erunt inclinationes oppoſitæ? nonne experientia teſtatur, Petrum naturaliter inclinari modo ad delicias, modo ad iracundiam, nunc ad flendum, poſtea ad ridendum, & ſimilia, quantumlibet diuerſa? interrogo, inclinatur ne eadem, an diuer-

ſis inclinationibus? ſi eadem, cur & materia inclinatione eadem ad formas diuerſas inclinari non poterit? ſi diuerſis, quomodo dicis, vnius rei non poſſe eſſe pluſquam vnam inclinationem naturalem? Oblitus communis diſtinctionis, quod vnius rei nequit eſſe pluſquam vna natura totalis, & vna inclinatio adæquata, bene autem poſſunt eſſe & plures naturæ partiales, & plures inclinationes inadæquatæ? Nonne Scotus (vt inferius referetur) ponit in materia tot appetitus, quot ſunt formæ appeti ę? propter quod vult nullam formarum omnes appetitus materiæ ſatiare, ſed quamlibet ſolum appetitum ſibi correſpondentem? appetitus autem inclinationē includit, vt patet, quo ergo cōtra tuum Præcept. dicis in eadē re nō poſſe eſſe plures inclinationes? Melius adhuc, nōne tu ipſe fol. 55.56. & 57. aſſeris in materia eſſe plures appetitus naturales, nō ſpecie, ſed numero differētes? quomodo ergo negas nunc contra teipſum, in materia poſſe eſſe plures inclinationes? appetitu, & inclinatione idē ſonātibus? ergo eo titulo quo cōceditur plures appetitus eſſe in materia, eodem concedendum eſt eſſe, & plures inclinationes: neque enim minus implicat eiuſdem rei numero, eſſe plures naturas & inclinationes naturales numero, quam ſpecie, vel certè ęqui ad minus repugnat, ò ergo inſignem ſcriptorem qui, nec veritati, nec proprio pręceptori, nec ſibi ipſi conſtat. Itaque ſicut eadem numero realiter potentia materiæ, per ſe primo terminatur ad formam in communi, & per ſe ſecundo tranſit ad ſingulas formas in ſpeciali (quæ tamen vt comparatur ad formas in ſpeciali induit modum plurium potentiarum ſecundum rationem, ad modū quo eadem virtus viſiua per ſe primo comparatur ad viſibile, & per ſe ſecundo ad ſingula viſibilia, & vt comparatur ad viſibilia in ſpeciali induit modum diuerſarum virtutum ſecundum rationem, & eadem paternitas vt terminat filiationes plurium filiorum, induit ſecundum rationem modum diuerſarum paternitatum,) ita & eadem numero inclinatio ſecundū rem eſt ad omnes formas, & diuerſificatur ſecundum rationem, vt ſupra; & ſicut eſſet fatuum dicere materiā recipiendo formam oppoſitam illi, quam habet, mutare naturam, & potentialitatem, vel eodem appetitu, & potentialitate recipere formas oppoſitas (proxime & formaliter loquendo) quia vt prætactum eſt, eadem potētialitas & appetitus, vt comparantur ad formas ſpeciales, induunt modum plurium potentiarum, & appetituum ſecundum rationem (quæ diſtinctio rationis ſufficit ad impediendū, vt quod enunciatur de vno, negetur de alio, vt patet ex 3. Phyſic. de actione, & paſſione, & ex materia de Trinitate de eſſentia, & relationibus.) Ita puerile eſt dicere materiam vel mutare inclinationem, vel eadē inclinatione formas oppoſitas aſpicere, eadem qua ſupra ratione, quia inclinatio, vt comparatur ad formas diuerſas induit modum diuerſarum inclinationum ſecundum rationem.

8. Solutio. 9 Solut. Scot. 9. Solutio. 9. Solutio.

Septimo obijcit Faber. Pręcipuum aduerſariorum fundamentum quod materia inclinetur ad formas in ſpeciali, eſt, quia cui competit genus competunt, & ſpecies, vt quia viſui competit naturaliter videre genus coloris, competit naturaliter videre, & ſpecies coloris, ſed hæc propoſitio vt intelligitur ab aduerſarijs eſt ſtultiſſima. Probo, nam ſecundum illam ſequeretur, quod quia homini competit eſſe animal genus, competeret & eſſe bouem, leonem, & alias ſpecies, & quia terra inclinatur ad eſſe in loco, in genere, inclinaretur ad ſingulas ſpecies loci ſurſum dextrorſum &c. quæ ſunt abſurda manifeſtiſſima; ergo. 7. Obiectio Fabri.

Solutio. Fundamentum (venerande ſenis) quod tu ſtultiſſimum appellas, eſt Ariſt. & tui Præcepto- Solutio

ns Scoti locis ſtatim citandis, ergo vel illi ſtulti, vel tu impudens: audi duas periodos illorum, & poſtea iudex eſto tu ipſe tui. Scotus in prologo quæſt. 1. ad finem in reſponſione ad primum principale ſic ſcribit: obiectum adæquatum potentiæ, inquit, ideo adæquatum dicitur, quia potentia nihil reſpicit pro obiecto niſi in quo eſt ratio illius primi, ergo impoſſibile eſt aliquid eſſe obiectum primum naturaliter, quin quodlibet cōtentum ſub illo, ſit per ſe obiectum naturaliter; pondera Faber ly (naturaliter impoſſibile eſt, quin quodlibet contentum ſub illo ſit obiectum naturaliter) & inde collige non eſſe ſtultitiam, ſed dogma Scoticum potentiam inclinatam ad genus neceſſario inclinari, & ad omnia contenta ſub genere (vide alia loca Scoti ad hoc propoſitum apud Mariales Cont. 5. cap. 2. per totum.) Deinde Ariſtot. in procemio Metaphyſices probat Metaphyſicam eſſe deſiderabiliorem omni alia ſcientia, & facit hunc diſcurſum Omnis homo naturaliter ſcire deſiderat, ergo ſcientias nobiliores magis deſiderat, ſed Metaphyſica eſt nobiliſſima ſcientiarum, ergo maxime eam deſiderat, qui diſcurſus in eo fundatur, vt patet, quod potentia inclinata per ſe primo ad genus ſcientiæ, per ſe ſecundo inclinatur ad quaslibet ſpecies ſcientiarum, & ad perfectiores magis, ergo impudentia, & ſtultitia eſt dicere tale fundamentum eſſe ſtultitiam. Ad inſtantias autem in contrarium facilis eſt reſponſio ad primum, aliud eſt inclinari ad aliquid, aliud eſſe illud: materia inclinatur ad formam, & tamen non eſt apta eſſe forma, Thomiſtæ non dicunt, cui competit eſſe genus, competere, & eſſe ſpecies, vt Faber refert, ſed dicunt potentiam inclinatam ad genus per ſe primo, inclinari per ſe ſecundo ad ſpecies, ideo non ſequitur quod ſi homo eſt animal genus, debeat eſſe bos, & leo ſpecies. Item potentia per ſe primo inclinata ad genus coloris, v.g. reſpicit illud adæquate, ideſt & ſecundum ſe, & vt eſt contrahibile ad diuerſas ſpecies, ideo non mirum ſi per ſe primo tendens in genus, per ſe ſecundo tendat, & in ſpecies, at homo non reſpicit animal adæquate, & vt eſt contrahibile ad diuerſas ſpecies, ideo non oportet, vt ſi eſt animal, ſit etiam omnes animalis ſpecies, ſed arguitur a diſſimilibus vt ſimilibus, quæ eſt fallacia manifeſta; adde quod præfatum fundamentum, eſt tum Ariſt. tum Scoti, vt probatum eſt; proinde æque Fabro ac nobis incumbit reſpondere obiectis, quod ergo ille dixerit pro ſe, dictum accipiat & pro nobis: illud autem quod adiungitur de terra; indignum eſt reſponſione; patet enim terram inclinari ad eſſendum in loco non in communi, & in genere, ſed ad eſſendum in loco determinato deorſum, ideo non ſequitur quod inclinetur ad eſſendum in qualibet ſpecie loci, ſed ſolum ad eſſendum in quodlibet vbi deorſum, quod gratis conceditur, ſed de hoc iterum inferius.

Octauo obijcit Faber. Ideo volunt aduerſarij materiam inclinari ad ſingulas formas in ſpeciali, quia inclinatur per ſe primo in formam in genere ſub qua ſingulæ formæ continentur, ergo per ſe ſecundo inclinari debet in ſingulas formas in ſpeciali, ſed hoc fundamentum falſum eſt, inquit, intellecta doctrina de per ſe primo, & de per ſe ſecundo vt intelligi debet, ergo. Probatur minor id competit alicui, per ſe primo quod competit ſecundum ſeipſum, & non merito alterius, 1. Poſter. vt homo eſt per ſe primo rationalis, quia non merito alterius, rationalitatem habet, id competit per ſe ſecundo, quod competit merito alterius, vt homo eſt per ſe ſecundo ſenſitiuus, quia eſt merito animalis, cui primo competit ſentire, vnde ſi per impoſſibile homo non eſſet animal non ſentiret; ergo inclinari in aliquid per ſe primo, eſt inclinari in illud ſecundum ſeip-

Scotus. | Ariſt. | Ad 1. inſtantiam. | Reſp. 1. | 2. Reſp. | 3. Reſp. | Ad ſecundam inſtantiam. | 8. Fabri obiectio.

ſeipſum, & non merito alterius, inclinari per ſe ſecundo eſt inclinari non merito illius, ſed merito alterius, in quod primo eſt inclinatio, ergo ſi materia per ſe primo inclinatur ad formam in genere, & per ſe ſecundo ad formas in ſpecie, vt placet aduerſarijs, fit vt non inclinetur ad formas ſpeciales ſecundum rationes earum ſpecificas; ſed ſecundum rationem communem in genere, in quam per ſe primo inclinatur, vt Faber contendit, & ſic dum aduerſarij exiſtimant per doctrinam, de per ſe primo, & de per ſe ſecundo Fabrum deludere in Fabri ſententiam deſcendunt.

Solutio. Solutio. Vbi ſunt triumphales currus, in quibus Faber victor ſuam officinam triumphãs ingrediatur? Audi Faber vnum verbuſculum, & alas demitte. Primo reſpondeo per interemptionem, quod ſi tuus diſcurſus valeret, probaret quoque Ariſt. Ariſt. minus recte demonſtraſſe primo Metaphyces: Metaphyſicam eſſe deſiderabiliorem omni alia ſcientia, & Scotus. Scotum minus rectè probaſſe 4. ſent. hominem plus naturaliter appetere viſionem beatam omni alio appetibili. Patet nam Ariſtot. inde probat Metaphyſicam deſiderabiliſſimam, quia eſt nobiliſſima ſcientiarum contentarum ſub ſcientia in genere in quam intellectus per ſe primo inclinatur, & Scotus, inde probat viſionem beatam maxime naturaliter appeti, quia eſt optimum bonorum contentorum ſub bono in communi, in quod appetitus per ſe primo inclinatur, neutrum autem horum valeret ſtante Fabri doctrina: dicetur enim cum Fabro, appetitum non inclinari in hæc bona ſecundum proprias eorum rationes, in quibus alia bona excedunt, ſed ſolum merito bonitatis, & ſcientiæ in communi, quæ vt ſic eadem eſt, & vniformis in omnibus ſcientijs, & bonis, & inclinari per ſe ſecundo in aliquid eſt inclinari in illud non merito ſui ipſius, ſed merito alterius in quod primo eſt inclinatio, ergo ſicut non valet Fabri Cauillum contra Ariſtot. & Scotum ita nec valet contra nos, & quam gloſſam Faber aduxerit pro Ariſt. & Scoto eandem accipiat, & pro nobis. Deinde Legiſti ne vnquam Faber 2. Solutio. in Ariſt. hominem prius viuere vita plantæ, poſtea vita animalis, & demum vita hominis, & iterum naturam ſemper inchoare ab imperfectioribus, & tendere ad perfectiora? de hac prioritate, & poſterioritate loquuntur Thomiſtæ, cum dicunt potentiam per ſe primo inclinari ad formam in communi, veluti imperfectiorem, & per ſe ſecundo ad formas in ſpeciali, veluti perfectiores, non de prioritate, & poſterioritate ad quam confugis tu, in cuius rei ſignum, quod eſt per ſe primo tale poſterioriſticè eſt quodammodo perfectius tale eo, quod eſt tale per ſe ſecundo, in propoſito autem eſt totum oppoſitum, id in quod eſt inclinatio per ſe ſecundo eſt perfectius eo, in quod eſt inclinatio per ſe primo, vnde ſecundum Ariſt. & Scotum, vbi ſupra, inclinatio quæ eſt ad Metaphyſicam, & ad viſionem beatam per ſe ſecundo, eſt longe maior, & ardentior inclinatione, quæ eſt ad bonum, & ad ſcientiam in communi, & 10. Eth. cap. 4. dicitur, finem cuiuſque potentiæ eſſe optimum contentorum ſub obiecto illius, vt potè in quo ſolum eſt perfecta quietatio, & delectatio, ergo ab re adducis Faber doctrinam poſterioriſticam in qua fundas tot iactationes quas facis. Sed de hoc iterum inferius.

An apud Scotum detur inclinatio naturalis tum determinata, tum indeterminata, & materia indeterminatè inclinetur ad ſingulas formas in ſpeciali, loca aliquot Scoti pulchra à Fabro ſiniſtrè expoſita, ad verum ſenſu explicantur.

Mariales. Rada. Lychetus. Tartaretus. Baſſolius. Alij.

Obiectio prima Fabri.

HActenus abſolutè diſputatum eſt, an detur inclinatio naturalis determinata, & indeterminata, & an materia indeterminatè inclinetur ad oppoſitas formas, ſupereſt, vt nunc hoc ipſum examinemus apud Scotum quomodo ſe habeat. Mariales, Rada, Lychetus, Tartaretus, Baſſolius, & Alij tenent Scotum tueri partem affirmantem, Faber vult tueri partem negantem, & quia Scot. ſatis clare loquitur & veriſimilius eſt melius plures inſignes Scotiſtas attigiſſe Scoti mentem vno ſolo Fabro, ideo illis ſubſcribo, & ego: remiſſo ergo Lectore ad ſcripta Mariales in hoc propoſito, referam per ordinem quæ Faber obijcit in contrarium, & ſingula diſſoluam. Quod ergo apud Scotum non detur inclinatio indeterminata, & materia neutraliter ſe habeat ad ſingulas formas in ſpeciali, ad eaſque non inclinetur. Probat Faber hunc in modum. Scotus in quarto inquit. diſt.48. quæſt.2. in reſponſione ad vltimum principale, ante ſolutionem argumentorum pro Theologis lit. E. habet hæc verba, loquens de motu cœli, ex parte autem paſſi ponendus eſt neuter, ſicut dictum eſt alias, quod ſuperficies eſt in potentia neutra ad albedinem, & vniuerſaliter quando ſubiectum ad neutrum contrarium determinatè inclinatur, neutrum recipit naturaliter vel violenter, ex hoc loco, inquit, luce clarius apparet, quod omnis inclinatio naturalis ſecundum Scotum eſt determinata ad vnum contrariorum, & quod inclinatio indeterminata (id eſt pura capacitas ad vnum contrariorum) non eſt naturalis, nec violenta, inquit enim quod vniuerſaliter quando ſubiectum ad neutrum cõtrarium determinatè inclinatur, neutrum recipit naturaliter, nec violentèr, ergo cum ſuperficies, & materia non inclinentur determinatè ad aliquam ſpeciem colorum, & formarum, ſequitur, vt ſecundum Scotum non inclinentur ad eam naturaliter, nec violenter, ſed neutraliter.

Solutio.

Fabri fraus.

Solutio. Ah Faber his fraudibus Nouitios, & eos, qui Scotum in fonte non legerunt decipere adniteris? nonne noſti negotium eſſe ſibi cum Mariales, qui poſt Diuum Thomam profitetur Scotum nihil minus te? oblitus es eſſe hæreticorum morem referre verba Doctorum troncatè tacitis his quæ obſunt, & relatis ſolum quæ proſunt? Scotus ſcribit quæ tu retuliſti non ſuo, ſed Auicennæ nomine vt ſtatim oſtendam, & tu tacito Auicenna, refers, vt Scoti quæ refers? & quod turpius eſt vbi Mariales, & Alij Scotiſtæ adducunt in ſuum patrocinium plurima Scoti teſtimonia, tu inſtar Iſmael vnus contra omnes, vnum tãtũ Scoti locum iam relatum in tuum patrocinium adducis. (vbi etiam Scotus non ſuo, ſed Auicennæ nomine loquitur,) & tamen in illo ſolo te totum fundas, dilatas fimbrias, & iactitas te aduerſarios viciſſe? Audi Lector verba formalia Scoti loco citato à Fabro, & obſtupeſce.

Ad aliud, inquit, reſpondet Auicenna, quod motus cœli non eſt, nec naturalis, nec violentus, ſed ex parte agentis eſt voluntarius, ex parte paſſi eſt ponendus neuter, ſicut dictum eſt alias, quod ſuperficies eſt in potentia neutra ad albedinem, & vniuerſaliter quando ſubiectum ad neutrum contrarium determinatè inclinatur neutrum recipit naturaliter, vel violenter. Perpendamus diligenter ſingula Scoti verba. (Reſpon-

Auctoris ſpeculationes ſuper Scoti verbis contra Fabrum.

ſpondet Auicenna,) ergo iam Scotus non ſuo ſed Auicennę nomine loquitur Faber, & tamen tu tacito Auicenna, vt Scoti refers quæ refers; deinde (vniuerſaliter quādo ſubiectū ad neutrum contrarium determinate inclinatur recipit illa neutraliter) ergo per oppoſitum quando ſubiectum inclinatur ad contraria indeterminate (vt dixit Scot. in 1. ſententiarum materiā indeterminate inclinari ad oppoſitas formas) vult reſpicere illa non neutraliter, ſed naturaliter, per regulam topicam ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis & negatio negationis, & econtra, tu autem Faber contra omnem artem, quia Scotus dicit (vniuerſim quando ſubiectum determinate inclinatur ad neutrum contrarium neutrum recipit naturaliter vel violenter) infers quod velit non dari aliquam inclinationem determinatam: oſtende nobis quæſo Gymnaſiorum decus vnde hæc admirabilis conſequentia ſequatur quando ſubiectum ad neutrum contrarium inclinatur determinate, neutrum recipit naturaliter, vel violenter, ergo non datur inclinatio aliqua indeterminata, immo totum oppoſitum eo: ipſo quod Scotus ponit illam ſpecificatiuam (determinate inclinatur) refert ſe ad diſtinctionem, quam fecerat in primo de inclinatione determinata, & indeterminata dicens (cum inclinatio eſt ad vnum oppoſitorum determinate, ſequi violentiam ſub alio, cū autem eſt inclinatio ad vnum indeterminate non ſequi violentiam ſub alio) pari modo nunc, inquit Scotus, quando ſubiectum in neutrum contrarium inclinatur determinate, reſpicit illa neutraliter, non ob meram negationem determinationis ad vnū, vt Faber accepit (ſicut.n. determinatio ad vnum, naturalitatem non efficit, vnde virtus ſpiratiua eſt determinatiſſima ad producendum Spiritum Sāctum, & tamen productio ſpiritus ſancti non eſt naturalis ſed libera apud Scotiſtas, ita negatio determinationis ad vnum naturalitatem non deſtruit, negatione non deſtruente niſi quantum affirmatio oppoſita cōſtituit) ſed ob negationem inclinationis, quia, inquam, ſubiectum non inclinatur ad alterum oppoſitorum, vult Scotus neutraliter ſe habere ad illa, & adhibet illam ſpecificatiuam, (inclinatur determinate) vel vt ſe pręſeruaret ab inclinatione indeterminata, quam in primo ſententiarum (vt relatum eſt) poſuerat in materia ad formas oppoſitas, vel vt indicaret non poſſe dari inclinationem determinatam ad oppoſita (licet detur ad illa inclinatio indeterminata) diſparitas eſt, nam inclinatio determinata, non eſt niſi ad terminum adęquatum, implicat autem eſſe plures terminos adęquatos vnius potentiæ & inclinationis, inclinatio autem indeterminata eſt ad terminos inadæquatos, vt dicit Scotus, quod materia eſt inclinata ad ſingulas formas in ſpeciali inclinatione inadequata & indeterminata, ideo ad oppoſita inquit Scotus, nequit eſſe inclinatio determinata indeterminata autē ſic. hic eſt legitimus ſenſus verborum Scoti, abſq; vlla violentia, & extorſione, vt patet ſecundum quem conſtat non poſſe Fabrum inde patrocinium ſumere ſuæ chimeræ imò inde elidi & explodi, ideo ſi nō habes Faber alium locum Scoti in quo nouum tuum dogma fundes, iam actum eſt de te, cum autem ſubiungis, quod cum ſuperficies, & materia indeterminate inclinentur ad ſpecies formarum, & colorum, ſequitur, quod non inclinentur naturaliter. Quomodo ergo inclinabuntur (retorqueo ego) bone Faber? forſan ne violēter? aut neutraliter? quæ eſt implicantia in terminis? quomodo poteſt eſſe inclinatio in rebus naturalibus, quæ naturalis nō ſit? quid eſt inclinatio? niſi naturæ pondus? & pondus naturæ naturale non erit? Ieſus, tranſeamus.

2. Fabr. obiec.

Obijcit ſecundo Faber. Vnus ex potioribus locis in quibus Scotus videtur ponere inclinationem indeterminatam

natam ad oppoſita, eſt primo ſentent. diſt. 1. q. 1. in ſolutione vlt. arg. pro philoſophis, vbi habet hęc verba formalia. Materia prima, inquit, naturaliter non violenter quieſcit ſub quacunque forma oppoſita, propter indeterminatam eius inclinationem ad formam quācunque, nunquam enim eſt quies violenta, niſi qui eſcens deter minate inclinetur ad oppoſitum, vt exemplificatur de graui reſpectu deſcenſus eius deorſum, & quietis eius ſuper trabem, at hic locus non officit, ait Faber, quia ſenſus verborum Scoti eſt, quod materia inclinatur ad formas ſpeciales in quantum eſt forma, non in quantum eſt forma hæc ſpecialis, quia vt ſic ad eam non inclinatur determinate, & conſequentet nec naturaliter, ſed neutraliter, ergo ſecundum Scotum nulla eſt inclinatio naturalis indeterminata, quia illa dictio (vniuerſaliter,) qua Scot. vtitur in 4. vbi ſupra dum ait (vniuerſaliter quando ſubiectum ad neutrum oppoſitorum determinate inclinatur, &c.) omnem inclinationem naturalem cō prehendit, & ſimiliter cum Scot. dicit, quod quies violenta opponitur inclinationi determinatę, quia inclinatio determinata naturalis eſt, indicat non dari inclinationem naturalem indeterminatam, & ſic qui tenent oppoſitum in via Scoti valde allucinantur & non turpiter recedit Faber ab alijs Scotiſtis ſed maxima ratione intelligentia, & acutie quam illi deſiderant.

Solutio. Ita ne Faber tuis Conſcotiſtis detrahis, quos Mariales tantopere celebrat? ſi totum acuminis, & intelligentię, quod alias inter Scotiſtas diſperſum erat, in te vno nunc reſtrictum eſt, non cernis, te tuba canere regnum Scoticum iam ad finem perueniſſe? ah Faber ſaltem cum tuis ſi non cum exteris vrbanius loquere: Sed videamus ſubtiles gloſſas quas adhibes, quam lacrimabiliter pauperem Scotum deglubant. Dicis, quod quando Scotus ait, materiam primam naturaliter non violenter quieſcere ſub formis oppoſitis ob indeterminatam eius inclinationem ad formam quamcunque, vult dicere materiam inclinari ad ſingulas formas, quatenus formę ſunt ſic in communi, non autem quatenus ſunt formæ tales in ſpeciali: non vides vir prudens quod dicendo Scot. materiam quieſcere ſub oppoſitis formis naturaliter loquitur clare de formis ad quantum ſpecificas earū rationes in quibus opponuntur, & non ſecundū cōmunem rationem formæ in qua conueniunt? ſpecies enim opponuntur, genus autem eſt vnum in omnibus ſpeciebus vnde ſicut participatione animalis omnes ſpecies animalis ſunt vnum animal, ita participatione formæ in communi omnes formę ſunt vna forma. Vnde, & Scot. vtitur illo ſigno (quamlibet) importante diſtinctionē & adiungit non eſſe violentam quietem ſub altero oppoſitorum, niſi quieſcens ad alterum determinate inclinetur, vbi clare innuit ſe loqui de inclinatione ad oppoſitas formas, qua oppoſitæ ſunt ſecundum ſuas ſpeciales rationes, & non qua formæ ſunt in genere, quo pacto non opponuntur, ſed ſunt vna forma vt ſupra, ergo gloſſa quam ad fers Faber non exponit, ſed deſtruit textum.

Cum iterum addis ideo materiam non inclinari ad ſingulas formas in ſpeciali, quia vt ſic, non inclinatur ad eas determinate, & conſequenter nec naturaliter: non vides hanc eſſe petitionem principij, & deſtructionem textus manifeſtam? Sanè id de quo nunc diſputatur eſt, an detur inclinatio indeterminata? Scotus apertis verbis eam admittit, materia, inquit, quieſcit naturaliter ſub oppoſitis formis ob indeterminatā inclinationem, quā habet ad illas, tu aſſumis non dari inclinationem naturalem indeterminatam, ergo aſſumis id de quo diſputatur & negas quod Scotus admittit, proinde petis principium, & Scotum deſtruis, & cum determinatio ad vnū, naturalitatem non conſtituat ſecundum

2. Solutio.

3. Solutio.

dum Scotum,& te in materia de pro-
ductione ſpiritus ſancti vt paulo ſupe
rius relatum eſt, quomodo mera ne-
gatio determinationis ad vnum, na-
turalitatem deſtruere poterit? nega-
tione non plus deſtruente, quam op-
poſita affirmatio conſtituat? vt argua-
tur ſic. Aut inclinatio,& determinatio
ad vnum eſt ſufficiens cauſa, vt ali-
quid dicatur naturale, aut non, ſi ſic
ergo maledicis cum Scoto virtutem
ſpiratiuam inclinatam, & determina-
tam ad productionem Spiritus ſancti
non producere illum naturaliter, ſi
non, ergo falſo dicis hic, quod quando
inclinatio eſt determinata ad vnum
eſt naturalis quando non eſt determi-
nata ad vnum, non eſt naturalis.

Fabri fuga præcluditur.

Nec iuuat dicere vt dicis fol. 54.
quod per inclinationem indetermi-
natam, Scotus intelligit puram capa-
citatem & neutralitaté, etenim hic eſt
abuſus vocabulorum, Scotus enim
per potentiam neutram intelligit ca-
pacitatem expertem omnis inclina-
tionis ad actum, vt explicat Mariales
cont. 4. ergo dicere quod per inclina-
tionem indeterminatam ad formas
oppoſitas, intelligat Scotus puram
capacitatem, & potentiam neutram
eſt dicere, quod velit nomine vnius
oppoſiti intelligi aliud oppoſitum (vt
nomine tenebræ intelligi lumen, &
nomine albi nigrum) quod eſt ridi-
culum, & cum iterum recurris ad

5. Solutio.

quartum ſententiarum & dicis quod
ly (vniuerſaliter) omnem inclinatio-
nem comprehendit, dico hoc eſſe re-
petere eandem inſaniam, illud enim
ſignum (vniuerſale) nihil facit ad pro-
poſitum, verba Scoti ſunt hæc, (vni-
uerſaliter quando ſubiectum in neu-
trum oppoſitum inclinatur determi-
nate, neutrum recipit violenter vel
naturaliter,) planus ſenſus eſt nullum
ſubiectum inclinari determinate ad
oppoſita vt patet, & non omnem in-
clinationem naturalem eſſe determi-
natam, vt ex ſuo capite nulla redita
ratione huius extorſionis exponit Fa-
ber, ergo falſum eſt quod ly vniuer-
ſale vel vniuerſaliter in verbis Scoti
complectatur omnem inclinationem
naturalem.

5. Solutio.

Cum demum concludis, quod
quando Scot. ait nunquam eſſe quie-
tem violentam ſub vno oppoſito, niſi
quieſcens determinate inclinetur ad
aliud oppoſitum, vult dicere illam
eſſe quietem violentam quæ opponi-
tur inclinationi determinatæ, & ſic in-
dicat non dari inclinationem niſi de-
terminatam, quis non commiſereatur
pauperi Scoto, videns has violentias,
illi infligi à proprijs diſcipulis. Scotus
reddit rationé cur materia non quie-
ſcat violenter ſub vna formarum op-
poſitarũ, cũ inclinetur ad aliã, & phi
loſophia clamet naturaliter inclina-
tum ad vnum oppoſitorum violenter
poni ſub alio, & dicit hanc eſſe ratio-
nem, quia ſ. materia inclinatur ad for
mas oppoſitas indeterminate regula
auté philoſophica intelligitur ſolũ de
inclinatione determinata, & adæqua-
ta, lege lector Scotum in fonte, con-
fer ſolutionem Scoti cum argumen-
to quod ſoluit, & videbis hanc eſſe
ſincerã eius mentem, quo ergo tu Fa-
ber alio aduolans, dicis Scot. declara-
re omnem inclinationem naturalem
eſſe determinatam, & nullam inde-
terminatã? nõ vides ſimplex, qđ redis
Scoti reſponſum in propoſitatum, &
vanum? argumẽtum enim probabat
materiam non poſſe inclinari ad for-
mas oppoſitas vt tu tenes, quia ſic vio-
lenter ſub altera quieſceret, iuxta do-
cumentum philoſophicum nuper re-
latum, reſponſum autem Scoti (ſecun
dum te) declarat quæ ſit inclinatio
naturalis & quæ non, & an detur in-
clinatio indeterminata an non, de qui-
bus in argumento nec verbum dici-
tur, non enim petit quæ quies ſit vio-
lenta, & quæ non, ſed premit, quod
materia nequit inclinari ad formas
oppoſitas, quia ſecus violenter eſſet
ſub altera earum, contra ſenſum, er-
go reſponſio eſſet impertinens, expo-
ſita vt à te exponitur, at ſi intelligan-
tur verba Scoti vt iacent de incli-
na-

natione determinata, & indeterminata, vt ſupra, argumentum funditus corruit, ergo ita tenendum eſt, & ſic euaneſcit totus tuus fumicatus diſcurſus. Et certè ſi Scotus teneret materiam non inclinari ad ſingulas formas in ſpeciali, poterat vno verbo expedire argumentum, & dicere materiam non quieſcere violenter ſub altera formarum oppoſitarum, quia non inclinatur ad ſingulas formas in ſpeciali, ſed ſolum ad formam in communi, vt tu contendis, & tamen non dixit ſic, ſed recurrit ad diſtinctionem de inclinatione determinata, & indeterminata, vt relatum eſt, ergo ſignum eſt illum velle materiam inclinari indeterminate ad ſingulas formas in ſpeciali, vt docet Mariales cum Scotiſtis.

6. Solutio.

An in materia ſint plures potentiæ, & plures appetitus in ordine ad plures formas, & quomodo inter ſe diſtinguatur.

3. Fabri obiectio.

OBijcit tertio Faber: adducunt aduerſarij alium locum inſignem Scoti in ſuum patrocinium ex primo ſent. diſt. 1. quæſt. 1. in reſp. ad vlt. argumentum, vbi indicat Scotus materiam eſſe inclinatam ad ſingulas formas in ſpeciali, dicit enim in materia eſſe tot appetitus, quot ſunt formæ oppoſitæ, & propterea nullam formam ſatiare omnes appetitus materiæ, quia nulla ſatiat niſi appetitum ſibi correſpondentem, ſed hic locus, ait, non vrget, nam appetitus, qui ſunt in materia non ſunt diuerſi ſpecie (quod tamen contingeret, ſi naturaliter appeteret vnamquamque ſpeciem formæ, cum formæ ſpecie differant) ſed ſunt diuerſi numero, ſecundum quod formæ ſunt plures numero, & quia nulla vna numero forma continet omnes formas, hinc eſt, quod appetitus in materia non ſatiatur vna forma, ſed extenditur, & multiplicatur ad multiplicationem formarum, & ſic illi appetitus reſpiciunt formas, non vt ſpecie differunt, ſed vt ſunt formæ plures, & partes ſubiectiuæ formæ in communi. Hic digreditur Faber valde, vt explicet quid ſit appetitus materiæ, quotuplex, & quomodo plurificetur, dicit multa minus vera quæ prætereo. Succus tamen dictorum in tribus pronunciatis conſiſtit.

Succus omnium dictorum Fabri, in tribus pronunciatis cõſiſtit.

1. Pronuntiatum.

Primum eſt, appetitum materiæ nihil aliud eſſe, quam potentiam, & potentiam, idem eſſe eſſentialiter, quod priuationem formæ, priuatio enim eſt carentia formæ in ſubiecto apto nato, & potentia materiæ eſt aptitudo ad recipiendam formam, qua caret.

2. Pronunciatum.

Secundum pronunciatum: In ordine ad formam abſolutè non eſt in materia pluſquam vna potentia generalis, vna priuatio generalis, & vnus appetitus generalis formæ in communi, in ordine ad formas particulares tot ſunt in materia potentiæ, appetitus, & priuationes, quot ſunt formæ ſpecie, & numero.

Tertium pronunciatum: Appetitus priuationes, & potentiæ particularia, & diuerſa quæ ſunt in materia non diſtinguuntur eſſentialiter, & ſpecificè ab appetitu, priuatione, & potentia materiæ ad formam in communi; ſimiliter nec inter ſeſe diſtinguuntur ſpecie, ſed numero, & continentur quaſi partes ſubiectiuæ ſub appetitu, potentia, & priuatione, generalibus vt ſupra, materia enim, inquit, prima reſpicit indifferenter quaſlibet formas, cuiuſcumque ſpeciei ſint, quo ad rationes earum ſpecificas, ideo appetitus materiæ reſpectu formarum ſecundum rationes earum proprias eſt potentia indifferens, & neutra, licèt reſpectu formæ in communi talis appetitus naturalis ſit, propter quod dicit Scotus, nullam formam ſpecialem ſatiare omnem appetitum materiæ, & tandem appetitus, priuationes, & potentiæ ad formas ſpecificas, inquit,

oriuntur in materia ex varijs diſpoſitionibus, &c.

Solutio. Solutio. O Muſæ, ò Apollo, ò vniuerſa Chirurgicorum, & Medicorum caterua accurrite, antequam læthalibus vulneribus ſautiata inter cruentas Fabri manus miſera noſtra expiret Philoſophia. Ex qua palude quæſo Faber deprompſiſti illam nouam propoſitionem: appetitus materiæ non eſt niſi potentia, & potentia idem eſt eſſentialiter quod priuatio formæ? Nonne Legiſti apud Metaphyſicos priuationem eſſe formaliter nihil, & ab alia parte potentiam, & appetitum eſſe eſſentiam Ariſt. materiæ, iuxta illud Ariſt. Materia non eſt nec quid, nec quale, nec quantum; ſed potentia omnia, & illud 7. & 8. met. fit ex materia, & forma vnum ſimpliciter, quia forma eſt actus, & materia eſſentialiter potentia, & ſolum ex ſimpliciter actu, & ſimpliciter potentia natum eſt fieri vnum ſimpliciter? Syllogizare nunc mecum ſic: potentia eſt eſſentia materiæ; potentia per te eſt eſſentialiter idem quod priuatio formæ (quæ priuatio eſt formaliter nihil) ergo materia eſt eſſentialiter nihil, tunc vltra ſi eſt eſſentialiter nihil, quomodo eſt pars eſſentialis cuiuſcumque compoſiti? quomodo in potentia materiæ recipiuntur omnes formæ? quomodo in generatione ignis ex aqua, abeunte priuatione formæ ignis, remanet potentia materiæ in qua forma ignis recipitur? & ſimilia, quæ communiter traduntur in philoſophia? Numquid compoſitum conſtabit ex nihilo, & ex aliquo? & formæ recipiuntur in nihilo? & duorum eſſentialiter identificatorum interibit vnum remanente altero?

2. Solutio. Sol. Cum autem adiungis appetitus, qui ſunt in materia non differre ſpecie, ſed numero tantum, ſecundum quod & formæ appetitæ diuerſæ ſunt & ipſæ, & quod appetitus reſpiciunt formas, non vt ſpecie differunt, ſed vt ſunt partes ſubiectiuæ formæ in communi: interrogo: appetitus plures, qui ſunt in materia ſunt ne ipſa eſſentia materiæ, an aliquid accidentale ſuperadditum? ſi eſſentia, quomodo ergo ſunt plures? te ipſo ſuperius contra Mariales vociferante, non poſſe eſſe in materia plures inclinationes naturales, quia eiuſdem rei nequit eſſe pluſquam vna eſſentia, vna natura, vna inclinatio naturalis? ſi aliquid accidentale: quomodo ergo docet philoſophia plura accidentia eiuſdem ſpeciei nequire eſſe ſimul in eodem ſubiecto. Si tu Philoſophorum princeps ex oppoſito aſſeris in materia plures eſſe appetitus ſolo numero differentes, qui ex hyppoteſi accidentales ſunt? Item quomodo poteſt appetitus materiæ reſpicere plures formas, vt ſunt numero diſtinctæ, & 3. Solutio partes ſubiectiuæ formę in communi, non autem ſecundum ſpecificas earum rationes? cum indiuidua non ponantur immediatè ſub genere, ſed ſolum media ſpecie, vt dicitur in lib. prædicab. cap. 1.? Numquid appetitus naturalis inſtar ceruorum à genere ſaltabit ad indiuidua pretermiſſis ſpeciebus? In materia de Angelis Cõtradictio in Fabro. exclamas contra Thomiſtas, Angelum quantumlibet ſpiritualem, & liberum ab obligatione locali, non poſſe tranſire de loco ad locum, niſi tranſeat per medium, ob ordinem eſſentialem, qui eſt inter loca extrema, & medium, nunc aũt vis appetitum naturalem, nulla libertate pollentem ſaltare à genere ad indiuidua prætermiſſis ſpeciebus, inter quæ tamen eſt eſſentialior ordo, quam inter extrema, & medium? & poſtea 4. Solutio appetitus ſitiet formam ſub ratione generica, & indiuiduali formæ, quæ eſt ratio minus perfecta, & deſpiciet illam ſub ratione ſpecifica quæ eſt perfectior? contra illud: ſi quod minus videtur ineſſe ineſt, & quod magis; & illud: natura ſemper aſpirat ad melius?

Primum pronunciatum: quod potentia

Primum Fabri pronunciatum proſternitur.

tentia materiæ, & priuatio formæ idem ſint, iam exploſum eſt, & nunc addo, quod tibi ipſi non conſtas Faber. Primùm enim aſſeris potentiam materiæ eſſe idem eſſentialiter, quod priuationem formæ, poſtea dicis, potentiam materiæ eſſe aptitudinem ad recipiendam formam, qua caret; demum adiungis appetitum materiæ reſpectu formæ eſſe ipſam potentiam materiæ cum priuatione formæ:

Contradictio in Fabro.

ſic argumentor: potentia materiæ eſt eſſentialiter, idem quod priuatio formæ per tuum primum dictum, ergo potentia materiæ non eſt aptitudo ad recipiendam formam, nec appetitus formæ, priuatio enim eſt formaliter nihil; aptitudo autem, & appetitus ſunt aliquid poſitiuum, vt patet, ergo hæc dicta mutuo ſe deſtruunt, & æquiuocas incaute ab eſſentia potentiæ, & appetitus, ad conditionem eorum, & formæ appetitæ, verum eſt, quod niſi potentia eſſet priuata forma non illam appeteret, cæterum hinc non ſequitur priuationem eſſe eſſentialiter appetitum, & potentiam, vt tu ſubtiliter infers, ſed ſequitur eſſe conditionem, ſine qua potentia formam non appeteret, nihil enim appetit quod iam habet. Item dicis, materiam

Alia contradictio in Fabro.

pro tanto appetere formam, pro quanto caret illa, & eſt in potentia ad illam, vnde dempta priuatione dicis, & bene, non appetere illam, ergo contradictoriè dixiſti ſuperius, & repetis fol. 58. materiam non appetere formas in ſpeciali, ſed ſolum ſub communi ratione formæ: ſic argumentor: eo titulo materia appetit formam, quo ea priuata eſt, & eſt in potentia ad illam per tuum primum dictum, ſed priuata eſt forma inducenda nedum ſub communi ratione formæ, ſed & ſub ratione formę ſpecifica: vnde & ſub vtraq; ratione perficitur à forma, & magis ſub ratione ſpecifica, quam ſub generica, vt conſtat, ergo appetit formam nedum ſub ratione generica, ſed & ſub ratione ſpecifica ſecundum conceſſa à te, & ſic eſt contradictio in tuis dictis.

Alia Fabri pronunciata concluduntur.

Secundum pronunciatum verum continet, & pro quanto egeret explicatione, vel reiectione ex dicendis in examine tertij pronunciati remanebit vel explicatum, vel exploſum. Tertium pronunciatum, quo ad id quod tangit quod appetitus diuerſi, qui ſunt in materia non diſtinguuntur eſſentialiter ab appetitu generico formæ in communi, verum eſt, ſed quo ad id quod tangit de priuationibus formarum particularium, quod modo ſuo non diſtinguantur realiter à priuatione formæ in communi, videtur vel falſum, vel ambiguum, de quo aliàs.

Quo ad id verò, quod tangit, præfatos appetitus materiæ non diſtingui ſpecie inter ſeſe ſaltim materialiter, cum alijs iam relatis, videtur plenum falſitatis, & æquiuocationis, potentia enim dicitur relatiuè ad actum, totumque quod eſt, ad illum eſt, ergo in ordine ad illum, & non aliunde ſumenda eſt potentiarum, & appetituum diſtinctio, propter quod dicitur in phyſicis, aliud eſſe poſſe ſanari, aliud poſſe infirmari, quia ſanitas, & infirmitas diuerſæ ſunt; formæ autem, quas materia reſpicit, & appetit, ſunt diuerſæ ſpeciei, vt patet, & proximè etiam probatum eſt, ergo & potentiæ diuerſæ ſpeciei eſſe debent.

Fabri phantaſia multis diſcurſib. exterminatur.

Nec prodeſt ſi dicatur materiam nõ reſpicere formas, vt diſtinguuntur ſpecie, ſed ſolum vt conueniunt in communi ratione formæ, vel vt diſtinguuntur numero,

2. Diſcurſus.

tũ quia ad omnes formas, vt conueniũt in communi ratione formæ ſufficit vnus appetitus genere, veluti & omnes formæ, vt ſic, ſunt vna forma genere, hic autem agitur de diſtinctione plurium appetituum, quos Scotus ponit in materia, tum quia oſtenſum eſt materiam appetere formas, ſecundũ proprias rationes ſpecificas magis quam ſub ratione generica, vel indiuiduali formæ,

3. Diſcurſus.

tum quia etiam virtus viſi-

viſiua eſt vnius ſpeciei ſpecialiſſimæ, & tamen elicit plures viſiones diuerſæ ſpeciei materialiter, viſio enim albi eſt diuerſę ſpeciei materialiter à viſione nigri, & ſic de alijs, licet formaliter. i. attenta ratione formali & modo, ſub quo album, & nigrum videntur, illæ viſiones ſint eiuſdem ſpeciei; & quod dico de viſionibus verum habet de intellectionibus, & de volitionibus diuerſorum volibilium, & intelligibilium, ergo pariſmodo poterunt in materia eſſe diuerſi appetitus ſpecie materialiter, pro diuerſitate ſpecifica formarum appetitarum, & tamē eſſe eiuſdem ſpeciei formaliter ideſt attenta ratione formali, & modo, ſub quo materia ab omnibus formis afficitur, ergo formidat Faber, vbi non eſt formidandum, & habet pro abſurdo, quod abſurdum nō eſt; ſed neceſſarium, non animaduerſa forſan doctrina, quæ data eſt de diſtinctione ſpecifica appetituum materiali, & formali. Tū quia dato quod

4. Diſcurſus. materia nō appeteret formas in ſpeciali, negari tamen non poteſt, quin materia ſit, & potentia, & capax illarum, ſpecificè ſumptarum, potentia enim reſpicit actum, cuius capax eſt, & Sibi non repugnat, vnde potentia neutra diffinitur ad actum neutrum, & naturalis ad naturalem, ergo dato quod materia non appeteret formas, vt diſtinguuntur ſpecie, adhuc potentiæ, & capacitates materiæ diſtingui deberent ſpecie pro varietate ſpecifica formarum: ſi non eo titulo quo eos appetit, ſaltim eo, quo eſt potentia, & capax illarum: tum demum quia in primo pronunciato dicis, priuationem eſſe rationem appetendi formam, quæ non habetur, potentiæ autem quæ ſunt in materia priuatæ ſunt formis nedum ſub ratione generica, & indiuiduali formæ, verum & ſub ratione ſpecifica, vt conſtat, quia realiter eas non habent, & aptæ ſunt habere ſub ratione earum ſpecifica, & priuatio eſt carentia formæ in ſubiecto apto, ergo contradictoriè dicis nunc, materiam appetere illas ſub communi rationi formæ, & non ſub ratione earum ſpecifica.

5. Diſcurſus.

Cum demum ſubiungis, potentias, appetitus, & priuationes particulares ad formas ſpecificas, oriri in materia ex diuerſis diſpoſitionibus, quibus afficitur, & quod appetitus in materia ſecūda habet inclinationem determinatam ad talem formam, & repugnantiam ad formam oppoſitam, appetitus autem in materia prima ſunt indifferētes, ideó illi ſunt naturales, iſti neutrales, ſeu indeterminati. Quis non exclamet; Manhu, Manhu? & vnde hæc à ſæculis inaudita doctrina ad noſtrum Orizōtem irrepſit? Nonne Faber, appetitus materiæ eſt ipſiſſima potentia, & potentia eſt ipſiſſima eſſentia materiæ, vt tu ipſe concedis in tuo primo pronunciato, & traditur 1. phyſ. quomodo ergo appetitus, & potentialitates, quæ ſunt ipſiſſima materiæ eſſentia ingenerabilis, & incorruptibilis, ex diſpoſitionibus aduentitijs, & accidentalibus oriri poſſunt, vt tu dicis? nunquid eſſentia, potentia, priuatio, & appetitus, in materia non antecedūt omnes diſpoſitiones aduentitias, & accidentales? nūquid prius à poſteriori procedere poteſt? qūo priuatio formæ ignis, à diſpoſitionibus ignis oritur, cū antequā materia illis afficiatur, ignis formā realiter careat? quis nō ſtomacetur audiens appetitus, qui ſunt in materia prima ad formas eſſe indifferentes, Scoto reclamente, quālibet formā habere ſibi correſpondentem appetitum, & propterea nullam earū ſatiare omnem appetitū materiæ, ſed quamlibet, illum ſolum qui ei correſpondet? Nōne experientia, & philoſophia teſtantur, appetitū, & inclinationem idem eſſe? & tu ſuperius vociferaſti eſſe ſtultitiā ponere inclinationē indifferentē, & indeterminatā? qūo ergo dicis nunc contra te ipſum, appetitus, qui ſunt in materia prima eſſe indifferentes, & indeterminatos?

An ſecundum Scotum, & veritatem vniuerſim verum ſit, quando receptiuum inclinatur in aliquod commune per ſe primo, inclinari per ſe ſecundo in omnia contenta ſub illo communi?

INter alia fundamenta, inquit Faber quibus Mariales cum Caiet. & Scotiſtis mouentur ad tenendum, materiam inclinari ad ſingulas formas in ſpeciali, hoc eſt pręcipuum, nimirum, quia omne receptiuum inclinatum per ſe primo in aliquod commune, per ſe ſecũdo inclinatur in omnia contenta ſub illo communi; materia per ſe primo inclinatur ad formam in communi, & ſuperficies phyſica ad colorem in communi, ergo per ſe ſecundo inclinantur in omnes ſpecies contentos ſub forma, & colori, in cõmuni. Contra hanc doctrinam inſurgit Faber multis, Primum inquit falſum eſt, quod inclinatũ per ſe primo in aliquod genus, inclinetur per ſe ſecundo in quaslibet ęius ſpecies, nã terra inclinatur per ſe primo ad eſſendum in loco in communi, & tamen nõ inclinatur ad eſſendum in omnibus ſpeciebus loci ſurſum, dextrorſum, & ſiniſtrorsũ, &c. vt cõſtat. — 1 Fabri obiectio.

Sol. Cõtradicis tibi ipſi Faber: proximè dicebas fol. 58. materiam ſecundũ inclinari ad formã determinatam ſpecificam, & non ad formam in cõi præcisè, nunc autẽ aſſeris terram (quę cũ habeat determinatã formam, & diſpoſitiones eſt materia ſecunda) inclinari ad locum in cõi, eſt ergo contradictio in tuis dictis. Deinde falſum aſſummis, terra.n. habet determinatã formam vẽdicantem ſibi determinatũ locum in vniuerſo.ſ.deorſum, ideo non inclinatur ad eſſendum in loco ſic in cõi abſolutè, ſed ad eſſendum in loco deorſum, propterea nõ ſequitur, quod inclinetur ad eſſendũ in omnibus ſpeciebus loci, ſed ſolum ad eſſendum indifferenter in omnibus vbi deorſum, quod veriſſimum eſt. — Solutio. Contradictio in Fabro. 2. Solutio.

Secundo obijcit Faber. Falſum eſt Scotum, velle potentiam inclinatam ad genus per ſe primo, inclinari per ſe ſecundo ad ſpecies, & omnia loca Scoti quæ adducuntur à Mariales, & à Rada mẽdaciter adducũtur, & quatenus alicubi Scotus indicaret potentiam inclinatã ad genus, inclinari, & ad ſpecies nõ obſtaret, quia intelligeret inclinari ad eas, non qua ſpecies ſunt (quo pacto vult reſpicere eas neutraliter) ſed vt participant communem rationem generis. — 2. Fabri obiectio.

Sol. Poteſt eſſe aliquis error circa citationem locorum Scoti quo ad ſignaturam literarum, quia cum non omnes codices eiuſdem impreſſionis ſint, omnes eandem literarũ ſignaturam habere nõ poſſunt, cęterũ quo ad loca ipſa, nullum eſt mendacium, vt patet conferenti loca relata a Mariales cum textu Scoti, vnde nec Faber aliam notam ſciuit inurere Mariali, niſi quod vbi ipſe ſignat litera H ſignandum eſt litera P. Q. & R. gloſſa autem, quod Scotus loquatur de inclinatione ad formas non quo ad rationes ſpecificas, ſed quo ad rationẽ cõem genericam ſuperius reiecta eſt, & paulo inferius reijcietur iterũ, ſufficiat nunc pro reiectione, quod Scotus probat appetitum vehementius inclinari in viſionem beatam, quam in quodcunq; aliud bonum, quia viſio beata eſt excellentiſſimum bonorum contentorum ſub bono in cõi, in quod per ſe primo inclinatur, vbi clariſſimè oſtẽdit ſe loqui de inclinatione in viſionem beatam ſecundũ propriam rationem ſpecificam, in qua præſtat omnibus alijs bonis, & non ſecundum communem rationem boni in qua conuenit, & non excellit alia bona. — Solutio.

Tertio obijcit. Aduerſarij fundant ſuum dogma ſuper doctrina poſterioriſtica de per ſe primo, & per ſe ſecundo, vt patet, & tamẽ illa doctrina non fauet illis, vt ſuperius probatum eſt, & nunc iterum probatur, ergo, facit Faber longam digreſſionem, — 3. Obiect. Fabri.

vt probet minorem, ſuccus tamen probationis ſtat in hoc. Id quod conuenit per ſe ſecundo alicui ſubiecto eſt aliquid cómunius, & ſuperius eo quod conuenit per ſe primo, vt homo eſt per ſe primo rationalis, & p ſe ſecundo ſenſitiuus, ſenſitiuũ eſt quid ſuperius, & cõmunius rõnali, vt patet, ſed ſpecies non ſunt quid ſuperius genere, ergo ſi genus per ſe primo competit alicui ſubiecto, ſpecies illius generis nequeunt competere per ſe ſecundo eidem ſubiecto, imo nec conueniunt niſi per accidens, & innaturaliter, quia quando ſpecies prædicatur de genere eſt prædicatio innaturalis, & per accidens, vt cum dicitur animal eſt homo, ergo cum potentia per ſe primo inclinetur in genus formæ, vt docent aduerſarij, fit vt per ſe ſecundo inclinari nequeat in ſpecies, & ſic corruit totum aduerſariorum dogma.

1. Solutio. Solutio. Fundamentum Mariales non eſt Mariales, ſed Ariſtotelis, & ipſiuſmet Scoti, vt paulo ſuperius probatum eſt, vbi & ſoluta ſunt Fabri motiua in contrarium: ad probationem quę nunc adducitur vide tres ſolutiones vbi ſupra, & adde; quod licèt aliquando id, quod conuenit per ſe

2. Solutio. ſecundo ſit ſuperius, & communius eo, quod conuenit per ſe primo vt patet in exemplo adducto de ſenſitiuo, & rationali reſpectu hominis, tamen non ſemper ita eſt, non dato quod oculus non inclinaretur ad ſingulas ſpecies coloris intuendas, clarum tamẽ eſt quod per ſe primo reſpicit viſibile in communi vt obiectum adæquatum, & per ſe ſecundo ſingulas ſpecies viſibilium, quæ ſpecies inferiores, & minus communes ſunt viſibili in communi vt patet, ergo idem poteſt eſſe, & de facto eſt & de inclinatione. Adde iterum aliud eſſe loqui de

3. Solutio. prioritate, & poſterioritate in prædicatione directa, & eſſentiali, aliud de inclinatione ad alterũ: in prædicatione non poteſt aliquid directe, & eſſentialiter prædicari de aliquo per ſe ſecundo, & mediate, niſi ſit ſuperius, quia prædicata eſſentialia ordinantur ſecundum ſub & ſupra, vt patet in linea prædicamentali, in inclinatione autem non eſt hic ordo, inter id in quod primo, & in quod ſecundo eſt inclinatio, immo totum oppoſitum, quia inclinatio eſt in bonum, & maior inclinatio in maius bonum, ſpecies autem eſt perfectior genere, & natura inchoat ab imperfectionibus, ideo inclinatio per ſe primo debet eſſe ad genus communius, & per ſe ſecundo in ſpecies inferiores, & ſic digreſſio arrogans quæ fit a tua Fabrilitate de per ſe primo, & de per ſe ſecundo ab re fit, & Mariales in nullo lædit.

Quarto obijcit Faber, ſi verum eſſet quod potentia inclinata in genus per ſe primo, per ſe ſecundo inclinaretur in ſingulas ſpecies ſequeretur quod omnis potentia naturaliter inclinaretur in omnes actus, conſequẽs eſt ſtultiſſimum, quia ſic potentia inclinaretur etiam in actum violentum quæ eſt implicantia in terminis, ergo. probatur ſequela, nam potentia in genere ſecundum Thomiſtas diffinitur ad actum in genere, ſed potentia in genere eſt omnis potentia, & ſimiliter actus in genere omnis actus, veluti, & animal in communi, eſt omne animal, propter quod idem dictu eſt animal in communi eſt corporeum, & omne animal eſt corporeum, ergo ſi potentia in genere inclinatur ad actũ in genere, iam omnis potentia inclinatur in omnẽ actum, proinde cũ ſub actu in communi contineatur etiam actus violentus, iam potentia inclinaretur etiam in actum violentum quod implicat in terminis: adeſt etiam regula ante predicamentalis quidquid prædicatur de prædicato prædicatur & de ſubiecto, ſed inclinari in omnẽ, actum conuenit potentiæ in communi, ergo conuenit, & cuilibet potentiæ particulari ſub potentia in communi contenta. 4. Fabri obie.

Solutio. Quis non remaneret exteritus ad hunc iactationum fragorẽ ſed attende lector quam facile omnia 1. Solutio.

diſ-

diſſoluantur; dic mihi Faber non ne eſſet manifeſta ſtultitia arguere, Animal in communi eſt omne animal, homo eſt animal in communi (nõ enim in particulari ſed in vniuerſali ſumptum animal prædicatur de ſuis ſpeciebus) ergo homo eſt omne animal? idem diſcurſus eſt, quem facis tu, de potentia, & actu in communi vt patet, ergo ſicut non valet de homine, & de animali ita nec de potẽtia, & de actu. In forma ergo ad argumentum nego ſequelam, ad probationem falſa eſt minor, animal enim in communi eſt animal non diſtributum, omne autẽ animal eſt animal diſtributum, terminus autem diſtributus, & terminus nõ diſtributus non ſunt idem ſed diuerſi termini vt norũt logici, propter quod hæc eſt vera, homo eſt animal in communi, hęc autem falſa homo eſt omne animal, ideo falſum eſt quod & potẽtia in communi ſit omnis potentia, & actus in communi ſit omnis actus, in quo tamen falſo fundamento Faber fundas totum ſuum dogma. Reſpondetur ſecundo Fabrũm ſibi ipſi nõ cõſtare, nam nunc aſſumit animal in cõmuni eſſe omne animal, paulo inferius pag. 66. circiter medium, aſſumit ex Porphyrio differentiam ſpecificam additam generi facere aliud, propter quod ſpecies ſunt aliud ens a genere, ergo animal genus dico ego, nequit eſſe omnia animalia ſpecies, nunquid enim quod eſt aliud ens ab alio, illud ipſum eſſe poteſt? Reſpondetur tertio, dupliciter poſſe intelligi animal in communi eſſe omnia animalia, primo actu, & ſic falſum eſt aſſumptum, communis enim metaphyſicorũ conſenſus eſt, genus non continere ſpecies, & differentias niſi in potentia, & radicaliter, propter quod ſpecies continens differentias actu, dicitur abundare a genere in libro prædicabilium, ſecundo in potentia, & radicaliter & ſic verum eſt aſſumptum, cęterum cũ eſſe tale in potentia ſit eſſe tale ſecundum quid, & ſecundum quid ſit conditio diminuens non permittens aliquid abſolute enuntiari de aliquo, iuxta quod, Ariſt. & Auicenna negant accidens eſſe ens, & dicunt eſſe entis ens, quia eſt ens ſecundũm quid, & nõ ſimpliciter, fallaciter ex eo, quod animal in communi eſt omnia animalia in potentia, profers Faber abſolute, & ſimpliciter, animal in communi eſſe omnia animalia, & potentiam in cõmuni eſſe omnem potentiam.

2. Solutio. (margin, beside "Reſpondetur ſecundo")

3. Solutio. (margin, beside "Reſpondetur tertio")

4. Solutio. Reſpondetur quarto, ſicut cum dicitur animal in communi eſt rationale latrabile, rudibile, &c. intelligitur nõ quod idem animal vel animal ſecundum idem eſſe, habeat hæc omnia, ſe quod ſecundum diuerſa eſſe, & in diuerſis ſuis ſpeciebus, hęc exerceat, ita cum dicitur potentia in communi reſpicit omnes actus ſcilicet naturales violentos, & ſupernaturales, intelligitur non quod eadem potẽtia, vel potentia ſecundum idẽ eſſe, omnes actus eodem modo reſpiciat, vt Faber per acute exponit, ſed quod in diuerſis ſpeciebus, diuerſis modis, pro actuum recipiendorum diuerſitate, diuerſos actus diuerſimodo reſpiciat, Faber autem ex more ęquiuocãs a termino ſimplici, ad terminum collectiuum à ſuperiori ſecundum ſe, ad ſuperius ſecũdum diuerſa eſſe, & in diuerſis ſpeciebus aerẽ verberat & nihil concludit.

5. Solutio. Reſpondetur quinto, Fabrum imponere Thomiſtis apertiſſimum mẽdacium, dicit enim Thomiſtas aſſerere potentiam inclinari ad actum in communi, ſub quo continentur actus naturalis, & violentus, & tamen Thomiſtæ non dicunt hanc inſaniam, ſed dicunt quod potentia in communi reſpicit actum in communi, abſtrahendo ab omni modo reſpiciendi, ſcilicet naturaliter, violenter, vel obediẽtialiter, ſicut & actus in communi abſtrahit ab omni modo perficiendi ſcilicet naturaliter, violenter, vel ſupernaturaliter, quo pacto tam potentia eſt quoddam analogum ad omnes potentias receptiuas, quam actus quoddam analogum ad omnęs actus receptibiles (hic eſt verus modus proportionandi

actum,

actum,& potentiam) ideo non ſequitur, quod omnis potentia reſpiciat naturaliter omnem actum, etiam actum violentum, ſed quod hoc analogum (potentia in communi) reſpiciat per ſe primo hoc aliud analogum (actum in communi,) & ſecūdario omnes actus contentos ſub illo, abſtrahēdo tamē vt dixi ab omni modo reſpiciendi naturaliter vel violenter, &c.

6. Solutio. Reſpondetur vltimo, quando Thomiſtæ dicunt potentiam receptiuam naturaliter reſpicere actum ad quem diffinitur, loquuntur de actu non ſibi contrario, & perfectiuo illius naturaliter, & volunt potentiam naturaliter inclinatā per ſe primo ad genus actus perfectiui vt ſupra, inclinari per ſe ſecundo ad ſingulas ſpecies talis actus perfectiui, propter quod Scotus ipſo referente Mariales, vult potentiam comparatam ad actum non ſibi contrarium (cum hac limitatione) dici naturalem, ſub huiuſmodi autem actu perfectiuo, & non contrario, non cōtinetur actus violentus vt patet, ideo non ſequitur quod quælibet potentia naturaliter reſpiciat quemlibet actū, vt Faber infert, & ad regulā ante prædicamentalem patet ex dictis, falſum enim eſt, potentiæ ſumptę in communi analogicè vt ſupra, competere reſpicere naturaliter omnes actus, ſed competit reſpicere omnes actus abſtrahendo ab omni modo determinato reſpiciendi. ſ. naturaliter, violenter, & ſupernaturaliter vt declaratum eſt, & prætereà per potentiam in communi Thomiſtæ non intelligunt potentiam vt eſt analogum ad omnem potētiam receptiuā cui uſcū q; actus abſolute, vt Faber minus rectè accepit, ſed potentiam receptiuam actus non repugnantis, & naturaliter perfectiui illius, ſub quo actu non continetur actus violentus, vt patet vnde &c.

5. Fabr. obiec. Quinto obijcit Faber; ſi aliquid conuinceret potētiam inclinatam ad genus, inclinari & ad ſpecies contentas ſub genere, maxime id quod communiter dicitur, quod ſcilicet viſus magis quietatur in albedine ſpecie nobiliori, quam in nigredine, & intellectus quietatur in perfectiori ente, & materia in perfectiori forma, ſed hoc non obſtat, nam viſus dicitur perfici magis in ſpecie perfectiori, non qua talis ſpecies eſt, ſed quatenus perfectius continet rationem genericam coloris, vel viſibilis, accidit enim viſibili perfectiori, quod ſit albedo, & intellectus perficitur in ente infinito, quia continet perfectiſſimam rationē entis, quod eſt adęquatum obiectum eius, & quia naturaliter appetit ſcientiam, perficitur maximè ſcientia, inquantum eſt ſcientia, non in quantum eſt metaphyſica, & materia prima quietatur magis in forma perfectiori, quia continet perfectiorem rationem formæ, non quia eſt hæc ſpecies formæ, quorum omnium ratio eſt, quia differentia ſpecifica facit aliud, vnde cum ſpecies ſit aliud ens à genere, non ſequitur quod potentia, quæ inclinatur ad genus, inclinetur quoque ad ſpecies, quæ ſunt entia diuerſa, & diuerſarum naturarum, ac conditionū.

Solutio. Dic mihi Faber: ſi à genere non licet deſcendere ad ſpecies, colligēdo, oculus inclinatur ad genus coloris ergo inclinatur, & ad ſpecies coloris, quomodo Ariſt. in ante prædicamentis profert illam regulam: quidquid predicatur de prędicato, prædicatur & de ſubiecto, quam tu paulo ſuperius tantopere exaggeraſti contra Thomiſtas, probans per illā quod ſi potentia in communi reſpicit omnem actum, quęlibet potentia ſub illa contenta quemlibet actum reſpicere debeat? ſi ſpecies nō continentur actu in genere, & ſunt diuerſa entia, diuerſarum naturarum ac conditionum à genere, vt nunc aſſeris, quomodo proxime dicebas contra Thomiſtas, animal in communi eſſe omnia animalia? cum metaphyſici doceant, genus importare totam eſſentiam ſpecierum, (alioquin de illis in quid non prædicaretur) quomodo dicis tu nunc ſpecies eſſe diuerſarum naturarum à genere

[Right margin: 1. Solutio. — Ariſt. — 2. Solutio. — 3. Solutio.]

Contradictio 3. in Fabro. genere è metaphyſicis ergo, & tibi inconſtans es, ſed reſpondeamus in forma ad argumentum, nego minorem ad probationem dico, illam explicationem eſſe pluſquam violẽtam, tum quia Ariſt. in proemio met. probat metaphyſicam, vt metaphyſicam, eſſe deſiderabiliorem omnia ſciẽtia, quia eſt ſuprema ſpecies ſcientiarum contentarum ſub ſciẽtia in communi, ad quam intellectus naturaliter inclinatur, vt patet intuenti textum, tũ quia Scotus in 4. diſt 49. q. 10. parũ à principio, & in prol. ſentent. Probat beatitudinem, vt beatitudo eſt, ſummè appeti à voluntate, quia eſt perfectiſſimum contentorũ ſub bono in communi, ad quod appetitus naturaliter inclinatur: ſi gloſſa autem Fabri eſſet bona neuter diſcurſus valeret, diceretur enim quod accidit perfectiſſimæ ſcientiæ quod ſit metaphyſica, & perfectiſſimo bono, quod ſit beatitudo, & ſic non haberetur quod inferunt niſi per accidens, & gratia materiæ, quod an admittendum ſit Faber ipſe iudex ſit. Tum quia licèt accidat colori eſſe albedinem, iuxta illud ſpecies accidunt generi, non tamen accidit perfectiſſimæ ſpeciei coloris eſſe albedinem, quia perfectiſſimus modus habendi rationem coloris conſtituit albedinem, & ſic de alijs ſpeciebus, ergo ſi oculus perficitur magis in perfectiſſima ſpecie coloris, vt perfectius cõtinet rationem coloris, perficitur vt eſt talis ſpecies, & albedo, & idem eſt de intellectu, & metaphyſica, de voluntate, & beatitudine, de materia, & de forma perfectiori, tum quia quando dicis, quod potentia magis perficitur in ſpecie nobiliori, quam in genere, non qua eſt talis ſpecies, ſed qua perfectius continet rationem generis, debebas explicare quid interſit inter ſpeciem perfectiſſimam, vt ſpecies perfectiſſima eſt; & ſpeciem vt perfectiſſimo modo participat rationem generis, ſanè ratio generis perfectiſſimo modo participata importat duo, nempe rationem genericam, & modũ perfectiſſimum, quo participatur, ratio generica ſecundum ſe vniformiter, & æquè participatur à ſingulis ſpeciebus, propter quod & vniuocè de illis prædicatur, perfectiſſimus modus habendi illam, non apparet quid aliud ſit, quam differentia ſpecifica, modificans, & perficiens genus, vt tangitur in libro prędicab. cap. de diſfer. differentia eſt qua ſpecies abundat à genere, & quæ conducit genus ad eſſe; proinde ſpecies, vt nobiliſſima ſpecies, & ſpecies vt nobiliſſimo modo continet rationẽ generis idem penitus ſunt, ergo dicere potentiam magis perfici ſpecie nobiliori, non qua talis ſpecies eſt, ſed qua nobiliori modo participat rationem generis, eſt dicere contradictoria, & negare verbis quod affirmatur re. Tum tandem quia quando dicitur, quòd materia magis perficitur ſub forma perfectiori, qua continet perfectius rationẽ formę, & nõ qua eſt talis ſpecies formæ, interrogo, aut illa ratio pfectior formæ eſt ratio generica, aut ratio ſpecifica (non datur mediũ formaliter loquẽdo) ratio generica non, quia illa eſt vniformis, & vniuocè eſt in omnibus ſpeciebus, vt patet, ergo eſt ſpecifica, & ſic, qua perfectiſſima ſpecies quietat potẽtiam, & idem eſt de intellectu reſpectu entis, cum dicitur quod quieſcit magis ſub ente infinito, & ita &c.

Fabri gloſſa repellitur 1. Repellitur 2. Repellitur 3. Repellitur 4. Repellitur 5.

Vltima obiectio Fabri. Vlt. Fabri obiectio. Si aliquid cõuinceret, inqt, potẽtiã inclinatã in genus, inclinari, & in ſpecies, maximè quia potẽtia plus perficitur in receptione formæ ſpecificæ, quæ eſt perfectior, quàm in receptione formæ genericę, quæ eſt imperfectior, & ſicut vnumquodq; naturaliter inclinatur in ſuã perfectionem, ita magis in perfectionem maiorẽ, ex quo colligit Mariales non dari potentiã neutram, quia actus neuter perficit potentiam receptiuam, & omnis potentia naturaliter inclinatur in ſuam perfectionem, ſed hoc non premit; quia potentia

perficitur in ratione formæ genericæ per ſe, & naturaliter, in receptione autem formæ ſpecificæ perficitur per accidens, vt oculus per ſe perficitur à colore, & per accidens ab albedine, quia accidit oculo quod videat nigredinem, vel albedinem, & albedini, quod contineat perfectius rationem coloris, nigredine, & hic agitur de pfectiuo per ſe, non de perfectiuo per accidens, & oculus plus perficitur albedine, quã nigredine, non quia magis in illam inclinetur ſecundum rationem ſpecificam albedinis, ſed quia in illa ratio coloris perfectius ſaluatur, qui eſt obiectum adæquatum viſus, & pari modo potẽtia neutra perficitur ab actu neutro per accidẽs, & non naturaliter, propter quod apud Ariſt. potentia neutra, & actus neuter idem ſunt quod potentia, & actus indifferentia; & indeterminata, ergo.

1. Solutio. Sol. Doctrina hæc adeo craſſa eſt, vt certò teneam non Fabrum, ſed aliquem ex vilioribus Typographi famulis eam hic inſeruiſſe, quiſquis tamen es, qui ita inſaniſti, dic mihi, non ne eſt regula philoſophica ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter, ita magis ad magis, & maximè ad maximè, in qua fundati Ariſt. & Scotus locis proximè citatis probant intellectum magis inclinari in ſcientiam perfectiorẽ (qualis eſt metaph.) quam in ſcientiam in cõi, & appetitum magis inclinari in maximum bonum (qualis eſt beatitudo) quam in bonum in communi? quomodo ergo dicis nunc tu perfectionem genericam (quæ eſt minor,) perficere potẽtiam per ſe, & naturaliter, perfectionem autem ſpecificam (quæ eſt maior) perficere per accidẽs, & non naturaliter? quomodo non corruent præfati Ariſtotelis, & Scoti diſcurſus? quõ non fundabuntur in his quæ de per accidens ſe habent, à quibus tamen Ariſt. præcipit cauendum, vt pote, quæ pariunt æquiuocationẽ, & errorẽ? & poſtea dic.
2. Solutio. Mihi qñ aſſeris rationẽ genericã perficere potentiã per ſe, rationem ſpecificã perficere per accidens, quõ accipis ly per accidens? accipis ne vt idem eſt quod contingens, an potius vt eſt idẽ quod per aliud, vel poſt aliud? primum dici non poteſt ob diſcurſum proximè factum. Secundum eſt pro nobis, volumus.n. potentiã prius perfici à forma ſub ratione generica, & poſtea ſub rõne ſpecifica in ſenſu quo Ariſt. dicit hominem prius viuere vita plãtæ poſtea vita animalis, & demũ vita hominis. natura ſemper inchoãte ab imperfectis, & tendente ad perfectiora, ſed hinc non ſequitur quod potentia non perficiatur naturaliter à forma ſpecifica, quin potius ſequitur qđ naturalius ab illa perficiatur, vt arguit Scotus vbi ſupra, quia & naturalius appetitur, cum ſit perfectio maior, & licèt accidat oculo tẽdere actu 3. Solutio
in nigredinem, vel albedinem, nõ tamen accidit eſſe aptum ad tendẽdum in illas, ſed per ſe naturaliter, & neceſſariò conuenit, ideo æquiuocas à per accidens, vt eſt idem quòd per aliud, vel poſt aliud, ad per accidens, vt eſt idem quod cõtingens, & cùm adiungis 4. Solutio
eſſe per accidens quod ſpecies albedinis cõtineat perfectius rationem coloris nigredine, cur nõ probas hoc babilon magna? falſiſſimum eſt hoc, albedo.n. ſit participans perfectiſſimo modo rationẽ coloris, per ſuam differentiam ſpecificam, quæ non accidit, ſed per ſe, & naturaliter ei conuenit, & iam oſtenſum eſt, quod potẽtiam inclinari in ſpecies, quatenus perfectius participant rationem generis, idem eſt quod inclinari in ſpecies vt ſpecies ſunt, ideo fuga verbalis eſt, non ſolida reſponſio dicere, potentiam inclinari in ſpecies nobiliores, non vt ſunt ſpecies nobiliores, ſed vt perfectius participãt rationem generis: & cum adiungis potentiam 5. Solutio
neutram perfici per accidens ab actu neutro, dico hoc eſſe ſatis ad deſtruendam neutralitatem; neutralitas.n. eſt negatio omnis inclinationis in potẽtia capaci, ideò ſi actus neuter perficit p accidẽs potẽtiã, potentia appetit illum,

lum, omne.n. perfectibile naturaliter appetit ſuam perfectionem, & ſic nō eſt potentia neutra, vltra alia ſuperius dicta in hoc propoſito. Cum tandem allegas Ariſtotelem in tuum patrocinium, debebas adducere locum, vbi vel ſomniauerit Ariſt. agere, nedum egerit de potentia neutra, quicunq; tamen fuerit qui dixit potentiam, & actum neutra, eſſe indifferentia, & indeterminata, contra Fabrum locutus eſt, nam ſuppoſito quod potētia perficiatur ab actu, qui neuter vocatur, inclinatur in illum, & ſic non eſt indifferens; & ita, &c.

6. Solutio

Hic Faber repetit abſq; neceſſitate quod ſi potentia inclinata in genus neceſſario inclinat, & in ſpecies, ſequitur oēm potentiā inclinari in quemlibet actum quod eſt abſurdum, ſed quia hæc inſania iam abunde reiecta eſt, ideo pertranſeo: claudit hic Faber quartam ſuam conſiderationem mille obſcuriſſimis conuitijs in Marialem appellando eum ſtultum, & ſimilia. Obſigno & ego meam quartam Controuerſiā illo prouerb. 15. os fatuorum ebullit ſtultitiam, & illo 17. expedit magis vrſæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti in ſtultitia ſua.

CONTROVERSIA V.

An Deus clarè viſus ſit finis noſter naturalis naturaliter appetitus, & potentia receptiua actuum ſupernaturalium ſit naturalis neutra, an obedientialis? & quid valeant quæ Faber contra Mariales deciſiones nouiſſimè obiecit?

CONcluſio Deus clarè viſus eſt finis noſter ſupernaturalis, ad quem non eſt naturalis inclinatio, ſed mera capacitas obedientialis, veluti & potentia receptiua gratiæ, & aliarum perfectionum ſupernaturalium, non naturalis eſt, aut neutra, ſed obedientialis, quæ Faber in contrarium nouiſſimè obiecit leuiſſima ſunt, & nihil premunt. Probantur ſingula. Et quidem quod ad finem, & ad alias perfectiones ſuper naturales non ſit naturalis appetitus, & potentia, ſed mera capacitas obedientialis, vide vbberime explicatum, & probatum apud Mariales Controuerſia 7.8.9. 10.11. & 12. Nunc pro probatione ſufficiat hoc breue motiuum. Non datur aliquod agens naturale deducens creaturam ad actum ſupernaturalem, ergo non datur, nec patiens naturale, ergo potentia quam homo habet ad videndum Deum, & ad recipiendam gratiam, ac alias perfectiones ſupernaturales, non naturalis eſt, vel neutra, ſed ſuper naturalis, ſeu obedientialis Probatur conſequentia, nam cuilibet potentiæ paſſiuæ naturali reſpondere debet aliqua potentia actiua naturalis, non datur potentia actiua naturalis reducens creaturam ad actū ſupernaturalem, vt communiter conceditur, ergo non datur nec potentia paſſiua naturalis vt Thomiſtæ cōtendunt; ſimili diſcurſu probat Ariſt. 3. de Anim. c. 2. dari intellectum agentem in anima, quia in ea datur intellectus paſſiuus, & in quacumque natura in qua eſt potentia paſſiua, debet eſſe, & potentia actiua reducens eam ad actum, de quo plura in progreſſu controuerſiæ.

An ſecundum Caietanum, & Ariſt. in omni natura in qua eſt potentia paſſiua debeat eſſe, & potentia actiua reducens illam ad actum?

QVod autem quę Faber obijcit in contrarium leuiſſima ſint; & nihil premant, probatur diſcurrendo breuiter per ſingula eius obiecta: Contra deciſionem ergo factam inſurgit in ſua quinta conſideratione hunc in modum. Primum, inquit, contra hominis ſtupiditatem profero locum Caietani, in quo dicit aperte illam propoſitionem (in omni natura in qua eſt potentia paſſiua eſt & 1. Obiect.

Caiet.

potentia actiua in qua aduerſarij omnino ſuum fundamentū ponunt) nō eſſe vniuerſim veram: 3. n. de Anim. c. 2. expendens præfatam Ariſt. propoſitionem ſcribit ita, ex his (inquit) manifeſte patet, quod ex hac ratione, & litera non habetur, quod agens, & patiens ſint in anima, ſic, quod vna, & eadem numero anima ſit agens, & patiens diuerſis potentijs, ſed ſolum, quod præter intellectum poſſibilem, datur agens, vult ergo Caietanus ex illa maiori deduci ſolū, quod cuicunque potentiæ paſſiuæ, correſpōdet agens deducens illam ad actū, non autem quod cuicunq; potentiæ paſſiuæ in eodem genere, ſpecie, vel indiuiduo, correſpondeat proprium agens, nec quod cuilibet potentiæ paſſiuæ naturali debeat correſpondere potentia actiua naturalis, ſed ſufficere, ſi in tota latitudine entium detur agens illi proportionatum deducens illam ad actum vt Scotiſtæ dicunt.

1. Solutio. Solutio. Ceſſabunt verba Faber cū rationibus tua neſcio ſi dicere debeam procacitas an inſania detecta fuerit. Primum nō probas quod probare aſſumpſiſti, aſſumis probare Caietanum aperte dicere illam propoſitionem (in omni natura, &c.) non eſſe vniuerſim verum, & tamen Caietanus in verbis à te relatis non dicit hoc, ſed dicit ſolum ex illa non haberi intellectum agētem, & poſſibilem eſſe in eadem numero anima vt potentias, & accidentia in ſubiecto, ſed vt cauſas in effectu, ergo deficis in probatione: audias Caie. verba & corrige cum commodo, quæ ſcripſiſti, ſtatim, ergo poſt verba à te relata ſubijcit Caietanus hæc alia verba. Ex ea propoſitione, inquit, (in omni natura &c.) nihil aliud habetur, niſi quod hæ differentiæ agentis, & patientis, ſunt in anima ſicut in omni natura, conſtat autem quod in omni natura nō ſic ſunt, quod vna numero natura ſit habens vtrumq; quaſi ſubiectum accidentia, ſed quemadmodum in omni natura producenda inſunt hæc duo vt cauſæ in effectu, ita in anima intellectiua producenda in eſſe intellectiuo in actu primo, inſunt hæ differentiæ vt cauſæ in effectu (ſiue iſtæ cauſæ coincidant in idem ſubiectum numero ſiue non) ecce domine Faber non dicit Caietanus illam propoſitionem nō eſſe veram vniuerſim, ſed dicit ex illa non haberi intellectum agentem, & poſſibilem debere eſſe in eadē numero anima, vt potentias, & accidentia in ſubiecto, ſed vt cauſas in effectu. Tu autem dicis illum apertè aſſerere illam propoſitionem non eſſe veram abſolutè, dic ergo tu ipſe num Mariales ſtupidus, an potius mendax; & poſtea quas machinas.

2. Solutio. Inuenies (Theologorum decus) quæ ex relatis Caietani verbis inferat illam conſequentiam quam tu intuliſti (Caietanus vult ex illa propoſitione in omni natura &c. non haberi, quod in eadem numero anima ſit intellectus agens & poſſibilis, vt potentiæ, & accidentia in ſubiecto) ergo vult non eſſe neceſſarium, cuilibet potentiæ paſſiuæ naturali, in eodem genere ſpecie, vel numero reſpondere proprium agens naturale, ſed ſufficere ſi in latitudine entium detur agens proportionatum deducens potentiam ad actum, vt Scotiſtæ dicunt; hæc conſequentia inquā adeo diſparatiſſima eſt, vt nec Plutonis dextera nedum Fabri calamus eam ex illo antecedente deducere valeat, tū quia Caietanus in eis verbis vult ex illa propoſitione (in omni natura &c.) nō haberi determinate potentiam actiuam, & paſſiuam debere eſſe in anima eadē numero, vt in ſubiecto, ſed haberi ſub diſiunctione, quod ſint vel vt accidentia in ſubiecto, vel vt cauſæ in effectu vt prætactum eſt, tu autem arguens ab inferiori ad ſuperius negatiue, vel ab vno modo, ad omnes modos eſſendi in alio, mira ſubtilitate ex eo, quod Caietanus negat eſſe neceſſarium agens, & patiens eſſe in eodem numero, vt in ſubiecto, infers negare abſolutè eſſe neceſſariū,

quod

quod ſint in eodem numero quomodolibet, ergo falleris & nihil probas. Tum quia Caietanus dicit nō eſſe neceſſarium, agens, & patiens eſſe in eodem numero, vt in ſubiecto, vt relatum eſt, an autem debeant eſſe in eadem ſpecie, vel genere, nec vel verbū dicit in illa periodo quam tu adduxiſti, vt patet expendenti eam, & tamen tu ab identitate numerica, de qua Caietanus loquitur, tranſis ad idētitatem ſpecificam, & genericā, & ex eo quod Caietanus negat agēs, & patiens debere eſſe in eodem ſubiecto numero, infers, tenere, non eſſe neceſſarium, quod ſint in eodem ſubiecto nec ſpecie vel genere (quæ dicito tu ipſe ſi Sit fallacia quam vocant impertinentię)

3. Solutio. Adde Faber bone quod ly naturale, non eſt genus, vel ſpecies rerum, ſed potius conditio trāſcendenș analoga, & cōis omniū rerum non ſupernaturalium, ergo ex eo, quod Caietanus dicit non eſſe neceſſarium agens, & patiens eſſe in eodem numero ſubiecto, inferre non potes (niſi pluſquam violentiſſime) quod neget eſſe neceſſarium agens, & patiēs eſſe ſaltim in eodem communiſſimo ordine naturali.

4. Solutio. Quarto Caiet. expreſſis verbis docet totū appoſitū eius quod tu illi imponis, ergo non Marsiales ſtupidus, ſed tu mendax. Audi. Statim poſt verba quæ ex eo retuliſti proponit hoc dubiū: Quamuis, inquit, ex eo quod in anima eſt intellectus poſſibilis, habeatur debere eſſe & aliquod agens reducens eū ad actum, nō tamen habetur tale agens eſſe intellectum, & tamen Ariſt. infert illud agens eſſe intellectum agentem, & reſpondet hunc in modum: optime, inquit, infert Ariſt. quantum vt ſupra, accipitur .n. hic natura pro generatione ex 5. met. tex 5. videmus autem, quod in omni naturali generatione naſcentium, dantur agens, & patiens ad modum vniuocorū, in animalibus quidem mas, & fęmina in plantis proportionalia his, ergo ſicut in generatione naſcentium vita vegetatiua, & naſcentiū vita ſenſitiua, dantur agens & patiens more vniuocorum, quia mas, & fęmina ſunt eiuſdem naturæ, ſic & in anima intellectiua idem eſſe oportet, & ſic cum patiens ſit intellectus, agens quoque erit, intellectus, ecce bone Faber, Caiet. vult agens, & patiens debere eſſe vniuocā, & eiuſdē generis propter quod bene valet, ſi patiens eſt intellectus, agens quoq; eſſe de genere intellectualium, & intellectus, & multo magis, ſi patiens eſt naturale, agens quoque naturale eſſe, quō ergo tu audes illi imponere quod velit non eſſe neceſſarium, agens, & patiēs eſſe in eodem genere, imò nec in eodem ordine naturali? Siccine Faber infideliter refers auctores, & Commonefatus, loco penitendi, & corrigendi monitorem ſtupidum vocas?

An intellectus agens ſecundum Ariſt. & Caiet. ſit Deus?

DEinde profero, ait Faber loca, in quibus Caiet. tenet intellectū agentem eſſe Deum ſecūdum Ariſt. ſanè loco citato ſuſtinet Caiet. ſolum intellectum āgētem eſſe immortalē; intellectū autem poſſibilem eſſe corruptibilem, & ait Ariſt. tribuere intellectui agenti prædicata, quæ competunt ſoli Deo, propter quæ Aphrodiſeus dixit intellectum agentem eſſe Deum, dicit .n. quod ſecundum Ariſt. intellectus agens eſt ſubſtantia actu ſemper intelligēs, & quod intellectio eius eſt eius ſubſtātia, & ſimilia, ergo cum Caiet dicat ſecūdum Ariſt. (quē tamen proteſtatur falſum dicere, & velle eum confutare) intellectū agentem ſolū eſſe perpetuum, & ſeparatū, & habere propriam operationē, quæ eſt ſubſtantia eius, & eſt ſemper in actu, & eius intellectio eſt eius ſubſtantia, & iſta prædicata ſint prędicata ſoli Deo propria, clarum eſt Caiet. cū Aphrodiſeo aſſeruiſſe (ſecūdū Ariſt.) intellectū agentem eſſe Deum: neque eſt verum (ſubiungit) quod nos recedamus

2. Fabri obiectio.

damus ab Ariſt. quãdo negamus cuilibet potẽtiæ paſſiuę naturali reſpondere propriam potentiam actiuã naturalem, ſed gloſſamus propoſitionẽ Ariſt. ſecundum eius verum intellectũ, qui eſt, quod omni potentiæ paſſiuæ datur in rerum natura agens reſpondens illi, & eam deducẽs ad actũ & non in ſenſu falſo in quo eam exponit Mariales.

1. Solutio. Solutio. Primum obſerua lector docilitatem, & deſteritatem noſtri oppoſitoris; in prologo ſententiarum diſput. 2. de pot. obedientiali ad finem num. 5. loquens de Caietano habet hæc verba, & hoc habet inquit Caietanus concedere, qui in 3. de Anim. tenet intellectum agentem eſſe Deum vbi nulla poſita aditione, quod Caietanus ſecundum Ariſtot. id teneat, abſoluto ſuo loquendi modo indicat Caietanum ſimpliciter tenere intellectum agentem eſſe Deũ, poſtea quã autem legit quæ Mariales ſcribit in hoc propoſito, corrigens quæ ibi retulit abſolute, addit nunc illam neceſſariam cautionẽ quod non ſecundum propriam ſententiã Caiet. tenet intellectum agentem eſſe Deũ. Sed ſecundum Ariſt. in quo ſicut laudandus eſt, quod tam prompte ſe correxerit, ita aliqua ingratitudinis labe ſe reſperſit dum ſuum correctorem loco, gratiarum ſtupidum appellauit.

2. Solutio. Dico ſecundo eſſe apertum mẽdacium Caietanum etiam ſecundum Ariſto. tenere intellectum agentem eſſe Deum. Nam expendens illam propoſitionem Ariſt. (ſicut in omni natura eſt aliquid potens fieri omnia illius generis, & aliquid potens facere omnia, ita in anima oportet eſſe has differentias agentis, & patientis ideſt intellectum agentem & poſſibilem) dicit mentem Ariſt. eſſe, quod ſicut in omni alia natura conſtituenda (vt natura diſtinguitur cõtra operationẽ) inueniuntur duo, nẽpe agẽs, & patiẽs vt proxima, & vniuoca principia, ita & in cõſtitutione animæ intellectiuæ in actu primo, datur intellectus agens & poſſibilis, veluti cauſæ proximæ & vniuoce illius, verba Caietani ſtatim ante verba relata ab arguente ſenſus Ariſtot. inquit, eſt, quod quia in omni natura conſtituenda, vt natura diſtinguitur contra operationem, inueniuntur duo. ſ. agens & patiens, ita in anima intellectiua conſtituẽda in eſſe intellectiuo, oportet eſſe has differentias ſcilicet intellectum agentem, & poſſibilem.

Et paucis interiectis, & ſic ſaluatur ait proportionalis ſimilitudo animæ ad omnem naturam in habendo differentias has, in modo earum, & in ratione neceſſitatis, vtrobique enim habetur tam agens quam patiens, & proprium agens quaſi artifex, & eadem ratione, vt. ſ. vnumquodq; fiat à proximo principio; & multis interpoſitis, videmus, ſubiungit, quod in omni natura ideſt generatione naſcẽtium, dantur agens & patiens ad modum vniuocorũ, in animalibus quidem Maſ, & fæmina, & in plantis proportionalia his, ſicut ergo in generatione naſcentium vita vegetatiua, & naſcentium vita ſenſitiua dantur hæc, more vniuocorũ, quia Maſ; & fęmina ſunt eiuſdem naturæ, ſic & in anima intellectiua oportet eſſe, & ſic cum patiens ſit intellectus, agens quoque erit intellectus.

Sub his oĩbus ſubſume mi Faber minorẽ, ſed Deus neq; eſſe principiũ proximum, & vniuocum conſtitutionis animæ intellectiuæ in actu primo, nec ſecundum Ariſtot. nec ſecundum Caietanum, confitentes Deum eſſe cauſam remotiſſimam, analogã, & communiſſimam omnium rerũ, ergo implicat in terminis Caietanum ſecundum Ariſtot. tenere intellectum agentem eſſe Deũ, ergo cęcus vel ſtupidus Faber, qui hoc Caietano iniunxit, non ſtupidus Mariales qui hanc inſaniam à Caietano propulſauit, & cum inſtas quod Caietanus dicit ſolum intellectum agentem eſſe ſeparatum, perpetuum & immortalem, & ſimilia quæ ſunt prædicata ꝓpria 3. Solutio.

ſolius

ſolius Dei, eia Faber extolle caput, non vides quod eſſe ſeparatum, immortale, ſubſtantiam, actu ens, & ſimilia, non ſunt prædicata propria ſolius Dei, ſed ſunt cõmunia omnibus ſubſtantijs ſeparatis, ideis platonicis, & intellectui ſeparato poſito ab Auerroe? quomodo ergo ex eo quod Caietanus dicit, ſolum intellectum agentẽ eſſe immortalem &c. infers quod velit intellectum agentem ſecundum Ariſt. eſſe Deum? & quod attribuat intellectui agenti prædicata propria ſolius Dei? certe ad ſummũ ad sũmũ inferre potes quod velit intellectum agentem eſſe ſubſtantiam ſeparatam de quo tamen quid ſentiã dicã alias.

D. Thomæ documentũ. Obſerua lector dato quod Caietanus admitteret intellectum agentem ſecundum Ariſt. eſſe ſeparatum, vt ſupra, tamen D. Thom. & alij in 3. de Anim. cap. 2. lect. 10. id negant, & volunt Ariſt. tenere intellectum agentem eſſe in anima vt in ſubiecto, quod indicat inquit D. Thom. Ariſt. eis verbis, ſicut in omni alia natura eſt agẽs, & patiens; ita & in anima oportet eſſe has differentias ſcilicet intellectum poſſibilem, & agentem; per illam .n. propoſitionem (in anima) denotat vtrunque intellectum eſſe in anima, vt potentia, & accidentia illius, ſed de hoc nihil ad pręſens, cum tãdem ſubiungis quod non recedis ab Ariſt. ſed

4 Solutio. gloſas illam propoſitionem (in omni natura &c.) in ſenſu vero, & non in ſenſu falſo vt facit Mariales, ex hactenus dictis, & ex mox dicendis patet tuum cõmentum, non eſſe gloſſam, ſed deſtructionem textus, qui non credit legat quę ſequuntur.

An ſit verum vniuerſim cuilibet potentiæ paſſiuę naturali reſpondere aliquam potentiam actiuam naturalem quę illam ad actum reducat?

TErtio loco obijcit Faber, & debacatur contra illud axioma Thomiſticum (cuilibet potentię paſſiuæ naturali reſpondet aliqua potentia actiua naturalis deducẽs illam ad actum) & ſcribit hũc in modum: Experientia, inquit teſtatur non eſſe verum quod agens, & patiens debeant eſſe in eodem genere, ſpecie vel numero, nam in ligno, eſt potentia paſſiua naturalis ad comburi, eſt enim actum natum comburi, & tamen in genere ligni nõ datur agens deducẽs hanc potentiam ad actum, item in metallo eſt potentia paſſiua naturalis ad liquefieri, & tamen in genere metalli non datur agens deducens hanc potentiam ad actum, ſed per ignem tanquam per cauſam vniuerſalem deducuntur ad actum. Item in ſeminibus, & plantis eſt potentia paſſiua ad fęcundari, & concipere fructus, & tamen in genere ſeminum non datur agens deducens hanc potentiam ad actum, ſed hæ omnes potentiæ deducuntur ad actum per ſolem qui eſt agens vniuerſale.

Similiter in vnaquaque ſpecie animalium fæmina eſt in potentia ad fęcundari, & tamen in nulla fęmina datur agens deducens ipſam ad actũ, ſed maſculus, qui eſt diſtinctus ab ea numero, & differt differentia materiali ſubſtantiali (licet ſit eiuſdem ſpeciei formaliter 8. met. tex. 25.) eam fęcundat, in propoſito autem ſi valeret illa propoſitio, deberet in eadem fęmina numero eſſe vis actiua naturalis, quia Ariſt. illam propoſitionem aduxit ad probandum in anima eadẽ numero, eſſe potentiam agẽtem, quia in ea reperitur intellectus paſſibilis, ergo cum falſum ſit quod vbicunq; eſt potentia paſſiua naturalis & inclinatio ad aliquem actum, in eadem ſit potentia actiua deducens illam ad actũ illũ, non eſt mirum, ſi in natura humana ſit inclinatio naturalis ad viſionem beatificam, & ad alios actus (quos vocant ſupernaturales) & tamẽ in anima non ſit potentia actiua deducens illam ad actum, ſed deducatur ſolum ab agente Deo ſupernaturali, & quod Theologi nõ debeant admittere illam propoſitionem Ariſt. cum 3. Obiect.

ipſi teneant hominem eſſe ordinatũ ad longe perfectiorem felicitatem quam viribus naturalibus acquirere poſſit.

Solutio. Vnum ſolum verbuſculum doctiſſimæ Faber, frangit, & diſſipat totam hanc muralem machinam. Quando Ariſtoteles dicit (in omni natura quæ aliquando eſt in potentia, aliquando in actu dari aliquam potentiam paſſiuam, ad omnia illius generis, & aliquam potentiam actiuam ad eadem omnia eiuſdem generis) per naturam (inquit Caiet.) vbi nõ ſupra intelligit quidditatem, ſed natiuitatem, vel generationem naſcentium, quæ natura appellatur quinto metaphyſi. tex. com. 5. & loquitur de genere phyſico, ſecundum quod, ea dicuntur eiuſdem generis, quæ in materia conueniunt, iuxta illud 5. metaphyſic. eadem genere ſunt quorum vna eſt materia. Tu autem omnia confundens fingis te non vidiſſe in Caiet. ſolutionem tuorum diſcurſuũ & affers inſtantias quas affers, non de generatione naſcentium ſed de rebus ipſis, & tranſis à genere phyſico ad genus entis, & quia non datur in genere ligni comburens, & combuſtibile, nec in genere metalli liquefaciens, & liquefactibile, nec in feminibus, & plantis, fęcundatiuum, & fęcundabile, concludis (o ingeniũ excellens) non eſſe verum vniuerſim axioma Ariſto. nimirũ (in quolibet genere cuilibet potentiæ paſſiuæ, debere reſpondere propriam potentiam actiuam, & ſic multa ſcribens nihil concludis) in forma ergo ad ſingulas inſtãtias. Ad primã dico, quod quamuis in genere ligni, metalli, plantæ, & ſeminum non inueniãtur comburens & combuſtibile, liquefactiuum, & liquefactibile, fæcundans, & fęcundabile; tamen combuſtiuum, & combuſtibile (vt lignum, & ignis) liquefactiuum & liquefactibile (vt metallum & calor) fęcundans, & fęcundabile, vt mas, & fęmina vel aliqua proportionalia his in plãntis, bene ſunt eiuſdem generis phyſici, quia conueniũt in materia vt patet, & ſingula ex motu perficiuntur, vt in alio propoſito declarat D. Thomas de pot. quæſt. 7. art. 10. quando autem Thomiſtæ dicunt cum Ariſt. agens, & patiens eſſe eiuſdem generis, intelligunt de genere phyſico vt ſupra non autem de genere entis, de quo procedunt inſtantiæ adductæ ab aduerſario, ideo ab re adducuntur, & nihil probant contra Thomiſtas.

An cum Ariſtot. probat dari intellectum agentem, quia in omni natura in qua eſt potentia paſſiua, eſt & potentia actiua, intendat vigore talis diſcurſus probare intellectum agentem eſſe in eadem numero anima in qua eſt intellectus poſſibilis?

Ad 1. inſtantiam. Cvm autem ſubiungitur quod ſi illa propoſitio (in omni natura, &c.) valeret; concluderet in eadẽ fæmina numero, eſſe vim actiuam naturalem, quia Ariſtot. illam propoſitionem adducit ad probãdum in eadem numero anima, eſſe intellectũ agentem in qua eſt intellectus poſſibilis. O quam glorioſe Vulcani iubar allucinaris. Ariſt. nõ vigore illius propoſitionis, (in omni natura, &c.) probat intellectum agentem eſſe in eadẽ numero anima, in qua eſt intellectus poſſibilis, ſed aliunde vt ſtatim declarabo: imo cum dicat potentiam actiuam, & paſſiuam eſſe in anima intellectiua, ſicut ſunt in alijs naturis, in alijs verò naturis conſtet ad ſenſum agens, & patiens non ſemper eſſe in eodem numero ſubiecto, fit, vt intendat oppoſitum eius quod tu ſcribis, vel ſaltim non intendat id quod dicis, & eſt obſeruatio Caiet. non mea, vbi ſupra, aliunde ergo probat Ariſt. intellectum agentem eſſe in eadem numero anima, & non ex illa propoſitione quam tu adfers: probat inquam ex eo, quod intellectus agens eſt principium operationis vitalis, & immanẽtis, quæ eſt intelligere, & abſtra-

Ad 1. inſtantiam.

ſtrahere ſpecies à phantaſmatibus, actio autem vitalis, & immanens, & principium illius debet eſſe in anima operante, vnde & operationes intellectus agentis, quæ ſunt abſtrahere, illuminare, intelligere, &c. attribuũtur animæ, vt conſtat, attribui autem nõ poſſent ſi intellectus agens principiũ earum, animæ formaliter nõ inhæreret, veluti & diſgregare viſum parieti non attribueretur, niſi albedo diſgregandi principium, parieti inhæreret, ad quod ſignificandum Ariſt. 3. de anim. c. 2. initio dixit, quod ſicut in alijs naturis ſunt agens, & patiens, ita & in anima ſunt intellectus poſſibilis, & intellectus agens, ſicut habitus quidam, vbi per ly (in anima) & per ly (vt habitus) indicat, inquit D. Th. ibidem Lect. 10. intellectum agentem non eſſe ſubſtantiam ſeparatam, ſed aliquid inhærens formaliter animæ, ly. n. in anima ſignificat formalẽ inhærentiam, & ſimiliter habitus ſignificat qualitatem formaliter inhærentem, & habilitantem id, cuius eſt habitus, ergo perperã dicis Faber, Ariſt. adducere illã propoſitionem (in omni natura &c.) ad probandum intellectũ agentem eſſe in eadem numero aĩa, in qua eſt intellectus poſſibilis.

Ariſt.

D. Thom.

Ad 3 inſtantiam. Cum vlterius adiungis, falſum eſſe, quod vbicunq; eſt potentia paſſiua naturalis, & inclinatio ad aliquem actum, in eodem ſit & potentia actiua deducens illam ad actum, & propterea bene poteſt in natura noſtra eſſe inclinatio naturalis ad viſionem beatam, & ad alios actus ſupernaturales, & tamen in ea non eſſe potentiam actiuã, quæ illam ad actum reducat, dico quamuis non oporteat in eodem ſubiecto, in quo eſt potentia paſſiua, eſſe, & potẽtiam actiuam, vt experientia conuincit, & Caiet. teſtatur vbi ſupra, tñ bene oportet eſſe vel in eadem ſpecie, vel in eodem genere, vel in eodem ordine, vt ex Ariſt. relatũ eſt; ſecus ſpecies, genus, vel ordo non eſſent ſufficienter prouiſa de medijs neceſſarijs ad propriam perfectionem, cõtra illud. In natura nihil deficiẽs, & pari modo ſi in anima eſt naturalis inclinatio ad perfectiones ſupernaturales, vt arguens contendit, licet nõ oporteat, in aĩa eſſe potẽtiam actiuam, quæ illam ad actum reducat, tñ bene oportet, ſaltim in ordine naturali dari, talem potentiam actiuam ne integer naturæ ordo deſtitutus fingatur medijs requiſitis ad propriã perfectionem; vnde manauit illud Ariſt. inferius examinandũ, natura non impertitur inclinationẽ, niſi in qđ naturæ vis perducere põt. Ariſt.

Cum tãdem ſubiungis, Theologos nõ teneri admittere illam Ariſt. propoſitionẽ (in omni natura, &c.) quia Theologia docet hominem eſſe ordinatum ad longe perfectiorem felicitatem, quã naturaliter acquiri poſſit, aſſeris hoc ab re, & abſq; fundamẽto, nam quamuis homo ordinetur ad felicitatem naturaliter inacquiſibilem, non tñ ordinatur naturaliter, ſed ſupernaturaliter, & per extrinſecã Dei acceptationem, vel electionẽ, vt ſuo loco declarãt Theologi. Ariſt. autem vult non cuilibet potẽtiæ paſſiuæ abſolutè, ſed cuilibet potentiæ paſſiuæ naturali reſpondere debere potẽtiam actiuam naturalem: ideo Theologorum poſitio non præiudicat Ariſt. & ſine neceſſitate, & fundamento vis Theologos hac in re ab Ariſt. recedere, quaſi à tuo arbitrio, Theologia, & philoſophia vniuerſa penderet. Vide ſcripta à Mariales in hoc propoſito Controu. 8. c. 3. contra quæ Faber nihil replicat, vt tamen tenebatur.

An potentia, & actus eiuſdem generis ſint correlatiua, & quodlibet genus diuidatur in proprium actum, & in propriam potentiam, ut in quaſi principia eius, quod eſt in genere.

Pergit vlterius Faber, & labefactare nititur illud axioma Thomiſticum; actus & potẽtia ſunt eiuſdẽ generis, quia ſunt correlatiua, & quodlibet genus diuiditur in propriũ actum, 1. Fabri obiectio.

actum,& in propriam potentiam, vt in quaſi principia eius quod eſt in genere actus (inquit) & potentia tripliciter ſummi poſſunt. Primo, vt potentia diſtinguitur ab actu,& hoc modo ſolùm eſt verũ, quod potentia, & actus ſint eiuſdem generis imò (vt inquit Scotus) ſunt eiuſdem ſpecie, & numeri, quia idẽ indiuiduum, quod nunc eſt in actu, prius fuit in potentia, ſed hoc non facit ad rem. Secũdo accipitur potentia, vt eſt principium productiuum actus, & ſic falſum eſt, quod potentia & actus ſint eiuſdem generis, quia ſubſtãtia producit accidens 7. met tex 32. & vlt. (idem dicendum de potentia paſsiua accepta pro principio receptiuo actus, nam ſubſtantia recipit accidens, & tñ in nullo prædicamento nedum in genere conueniunt ſubſtantia, & accidens.) Tertio poteſt accipi potentia pro agente, & potentia paſsiua pro paſſo, & hoc pacto etiam falſum eſt quod ſint eiuſdem generis, ignis.n.agit in lignum, in metallum, & alia, & tñ hęc nõ ſunt eiuſdem generis, ſed ignis eſt quodãmodo agens vniuerſale, & illa ſunt paſſa ſpecialia, quę ab agente vniuerſali reducuntur ad actum.

Item omnia ſemina, & plãtæ ſunt receptiua naturaliter caloris ad fructificandum, & tñ non habent in ſua ſpecie agens deducens illa ad actum, ſed per calorem Solis perficiuntur, ergo ita in propoſito, licet in natura hominis detur potẽtia paſsiua naturalis ad actus ſupra naturales, & nõ detur potentia actiua naturalis deducens illam ad actum, non eſt ſuperuacanea, quia datur agens ſupranaturale deducens illam ad actum. Cum autẽ dicũt aduerſarij agens, & patiẽs eſſe correlatiua, reſpondeo ait eſſe correlatiua, ſed tranſcendentia, quia actus, & potentia ſunt paſsiones entis, ideo cõcedo quod vno poſito, ponitur & reliquum, quia ſi datur patiens debet dari, & agens, alioquin eſſet fruſtra, ſed negatur quod iſta debeãt ſemper eſſe in eodẽ genere, hoc eſt quod facit ad rem, ſed eſt falſum, neq;.n. verum eſt quod relatiua omnia ſint in prædicamento relationis cum dentur traſcendentia; vt etiam ipſi concedunt.

Et cum adiungitur, inquit, quod quodlibet genus diuiditur p actũ, & potentiam, reſpondeo, hoc indicare actum, & potentiam eſſe traſcendentia, quia circuiunt omnia prædicamẽta, non autem quod cõtineantur ſub eodem genere; deinde hoc eſt verum accipiendo actum, & potentiam obiectiue, quo pacto actus, & potentia nedum ſunt eiuſdem generis, ſed & eiuſdem ſpeciei, & indiuidui, vt ſupra declaratum eſt, ſed hoc nõ facit ad rem, quia ex hoc non ſequitur, qđ in quacunq; natura, & ſpecie rerum in qua eſt potentia ad actum aliquem, in eadem natura, & ſpecie ſit agens deducens illam ad actũ, quod facit ad propoſitum, & de quo eſt contentio, ſed ſolũ habetur quod illud idem quod prius eſt in potentia deinde fit in actu ad quem erat in potentia.

Adde tandẽ, ait, quod rec. è Scotus, & Scotiſtę aſſerunt, omnem potentiã eſſe naturalem, vel violẽtam, vel neutram, quia potẽtia ſpecificatur per ſe ab actu 9. met. tex. 2. & 13. at omnis actus ſub illis tribus cõtinetur (à quocunq; agente producatur). ſ. ſub naturali violento vel neutro, ideò tantum triplicem potentiam admittũt per ſe, per accidens vero dicunt quod eſt naturalis vel ſupernaturalis reſpectu agẽtis, quia quod actus producatur ab agente naturali, vel ſupranaturali eſt accidentale potentiæ, ſi agens ſupernaturale producit actum conuenientem potentiæ, potentia dr̃ naturalis per ſe ratione actus, ratione vero agẽtis dr̃ ſupnaturalis, ſed hæc ſcda denominatio eſt accidentalis, quia accidit illi actui, qđ ab illo agẽte producatur.

Sol. Miſericordia Faber, miſericordia. Ad tot tela, quæ lorica ſufficiat? ò deſperati Thomiſtæ commendate veſtrum negotium ſuperis, quia hoc vnum vobis effugiũ manet. Interim Ad primum dico, hic agi de actu & poten- Solutio i Ad 1.

potentia acceptis pro potentia actiua & paſsiua, & pro potentia receptrice, & actu recepto, & pro potentia productrice, & actu producto, vt docet Mariales cont 8. c. 1. not. 1. & c. 3. & non de eis acceptis pro potētia & actu obiectiuis, quæ acceptio, & in ſeipſa parū firma eſt, & ad rem pręſentem non facit. Ad inſtantiam, quod actus productus, & potentia producens nō ſunt eiuſdem generis, quia ſubſtantia producit accidens, & tn̄ non conuenit cum accidente in eodem genere. Dico ſubſtantiam non eſſe per ſe potentiam, nec per veram actionem immediate producere accidentia propria, ſed per ſimplicem emanationē, qn̄ autem Thomiſtæ dicunt potentiā productiuam, & actum productum eſſe eiuſdem generis, intelligūt de potentia quæ per ſe, & eſſentialiter inſtituta eſt, vt ſit potentia, & quæ per veram actionem producit actum, vt declarat Caiet. 1. p. q. 54. art. 3. & q. 77. ar. 1. & tangit D. Th. ibid. ad quos remitto lectorem, ideo inſtantia non eſt ad rem.

D. Thom. Caiet.

Ad 2. Ad ſecundum (quod potentia receptiua, & actus receptus, non ſunt eiuſdem generis, quia ſubſtantia recipit accidens, & tn̄ non ſunt in eodem genere.) Reſp. eodem modo, qn̄ dicitur potentiā receptiua, & actus receptus eſſe eiuſdem generis, intelligitur de potētia quæ per ſe eſſentialiter inſtituta eſt, vt ſit potētia receptiua, vel operatiua, cuiuſmodi ſūt intellectus, & potentia materiæ, intellectus.n. eſſentialiter, inſtitutus eſt ad intelligendum, & potētia materiæ eſſentialiter, & per ſe inſtituta eſt ad recipiendas formas, & de actu, qui per ſe, & eſſentialiter inſtitutus eſt, vt ſit actus (qualis eſt intellectio, & forma ſubſtantialis) modo ſubſtantia non eſt per ſe eſſentialiter inſtituta, vt ſit potentia vel receptiua, vel operatiua immediate, & ab alia parte accidētia quæ in ſubſtantia immediate recipiuntur non ſunt per ſe eſſētialiter inſtituta, vt ſint actus ſubſtantiæ, ſed vt ſint potentiæ, vel receptiuæ aliorum accidentium, vel operatiuæ propriarum operationū, vt eleganter explicat Caiet. vbi ſupra, licet vt actuant ſubſtantiam induant per accidens modū actus, ſed res iudicandæ ſunt ſecūdum id quod ſunt eſſentialiter, & per ſe, non ſecundum id quod ſunt modaliter, & per accidens, ideo inſtantia de ſubſtantia, & accidente nō eſt ad rem, & mirum eſt Faber qūo cum legeris hæc omnia late explicata apud Caiet. & Mariales, non erubueris hæc iterum recantare, & nihil noui obijcere.

Ad 3. Ad tertium (quod agens, & patiens non ſunt eiuſdem generis, quia ignis agit in lignum, & metallum, & non eſt eiuſdem generis cum illis) pudet reſpondere. Primum quia Ariſt. 1. de gener. tex. 50. dicit agens, & patiens debere eſſe eiuſdem generis, & diuerſæ ſpeciei, quod teſtimonium refert Mariales citata cōt. 8. c. 3. & tn̄ Faber ſolita ſua libertate negat dictū axioma, & ad Ariſt. nihil reſpōdet. Deinde quia notum eſt lippis, & tonſoribus, quod qn̄ dicitur agens, & patiens eſſe eiuſdem generis, intelligitur de genere phyſico, & eſt ſenſus quod conueniant in materia iuxta illud 5. met. eadem genere ſunt quorum materia eſt vna, vel eſt ſenſus quod conueniūt in motu, quia. ſ. ambo ex motu perficiuntur, vt declarat D. Th. de pot. q. 7. art. 10. ignis autem metalla, & lignū conueniunt in materia, planta, & Sol conueniunt in eo, quod ambo ex motu perficiuntur, dum. n. Sol actu influit, eſt in ſtatu perfectiori, quā cum non influit ſed eſt in potentia ad influendum, præterquam quod proximum reductiuum plantæ ad actum fructificandi, non eſt ſol, ſed aliquid coniunctum plātæ gerens vices Maris, vt ex 3. de Ani. ex Caiet. relatū eſt.

Ariſt. 1. Reſp.

2. Reſp.

3. Reſp. Demum qn̄ dicitur quod agens, & patiens ſint eiuſdem generis, intelligitur, vel de genere proximo, vel de genere remoto, ita. ſ. vt ad minus ambo ſint eiuſdem ordinis puta vel ambo naturalia, vel ambo ſupra natura-

 lia,

lia, vt ſic quilibet ordo ad minus ſufficienter prouiſus ſit de medijs neceſſarijs ad acquiſitionem propriæ perfectionis, ergo ſi in anima datur potentia paſſiua naturalis ad actus ſupranaturales, vt tua magnificentia contendit ò Faber, cõtra omnem philoſophiam negas dari potentiã actiuam naturalem, quæ eam ad actum reducat, & vice verſa, ſi negas dari potentiam actiuam naturalem, contra omnem rationem aſſeris dari potentiam paſſiuam naturalem ad actus ſupranaturales, quia talis potentia paſſiua ineuitabiliter remaneret fruſtra (ſiſtendo intra puros limites ordinis naturalis) quia non erit in eo aliqua potentia actiua naturalis, quæ illã ad actum reducat, & recurſus ad agens ſupranaturale, eſt impertinens, quia vt ſaluetur ordo naturę perfectus, intra ſuos terminos conſtitui debet potentiã actiua, quæ omnes potentias paſſiuas naturales ad actum reducat pro quo legantur ſcripta à Mariales cõt. 8. c. 3. tu autẽ Faber totũ vniuerſũ inuertens & reddẽs naturæ ordinẽ imperfectum, vt ridiculam tuam chimeram ſuſtineas, confundis ordinem naturæ cum ordine ſupranaturali, & ſcribis quę ſcribis, & ad rationes Mariales vbi ſupra nihil rẽſpõdes. Hiccine eſt noſtrorum temporum apologizandi modus?

Ad 4. Cum autem ſubiungis quod agẽs, & patiẽs ſunt correlatiua traſcendentia, & quod non omnia relatiua ſunt in prædicamento relationis, proinde nõ oportet agens, & patiens eſſe eiuſdem generis. Primum debebas Faber

1. Reſp. reſpondere aliquid Ariſt. docenti oppoſitum vt relatum eſt. Deinde quod

2. Reſp. non omnia relatiua ſint in prædicamento relationis, non efficit quominus ſint in eodem ordine naturali, vt ſupra, quod eſt quod hic prætenditur vbi diſputatur, an cuilibet potentiæ paſſiuæ naturali reſpondeat potentia actiua naturalis, & demum hic agitur de correlatiuis realibus, vt cõſtat, inter alias autem relatiuorũ realium conditiones, hæc vna eſt, vt ambo ſint eiuſdem generis, & ordinis, ob defectum cuius cõiter negatur in Deo eſſe relationem realẽ ad creaturas, quia non ſunt eiuſdem ordinis cum illo, ergo cõcedendo Faber, agens & patiẽs eſſe correlatiua realia, concedis implicitè illã eſſe eiuſdem generis & ordinis, & ſic affirmas & negas magna cum laude id quod Thomiſtę docent.

Mitto, quod cum agens, & patiens ſint correlatiua, & eiuſdem generis phyſici, & in ratione agẽtis & patientis per motum, vt probatum eſt, ridiculè confugis ad prædicamentum ad aliquid, & dicis, nõ omnes relationes eſſe in prædicamẽto ad aliquid, quaſi nos contendamus agens & patiens, ideo eſſe eiuſdem generis, quia ambo in prædicamento ad aliquid cõtineantur, & nõ ſit omnibus notum, dari & relationes tranſcendentales, & relationes rationis, & relationes ſex vltimorum prædicamẽtorum, & relationes diuinas, ſingulas veras relationes, quæ tñ non ſingulæ in prędicamento ad aliquid continentur, & tamen ſingulæ ita proportionantur, vt in quocunq; ordine eſt vnum relatiuorum in eodem ſit & reliquum? 1. Reſp.

An ex eo quod quodlibet genus diuiditur in proprium actum & in propriam potentiam, ſequatur actum, et potentiam eſſe eiuſdem generis?

Cum vlterius adiungitur, ex eo quod quodlibet genus diuiditur per actum, & potentiam non haberi, quod ambo contineantur in eodem genere, ſed quod ſint tranſcendẽtia, & circuant omnia prædicamenta, & quod illa diuiſio fiat per potentiam & actum obiectiua non per potẽtiam & actum formalia, de quibus hic eſt ſermo. Primũ mi Faber aſſeris contradictoria, ſi. n. actus & potentia ſunt tranſcendentia, & cõia omnibus prædicamẽtis, ergo iam diuidere nequeunt quodlibet genus, contra illud tertij phyſ. quodlibet genus diuiditur Ad 5. 1. Reſp.

per actũ & potẽtiam; quod.n.eſt cõe omnibus, nequit eſſe diſtinctiuũ eorum, vt patet ex terminis, ergo concedere actum, & potentiã eſſe diuiſiua cuiuslibet generis, & cum hoc dicere potentiã, & actũ eſſe tranſcendentia cõia omnibus prędicamentis, vt tu dicis, eſt affirmare & negare actũ & potentiã eſſe diuiſiua cuiuslibet generis.

2. Reſp. Item vis actum, & potẽtiam obiectiua, eſſe quæ diuidunt quodlibet genus, & tñ vis potentiã & actum nedũ eſſe eiuſdem generis & ſpeciei, ſed & eandem rẽ numero: Ariſt. ab alia parte 12. met. tex. 26. & 28. vociferat, in quolibet genere dari proprium actũ, & propriam potentiam, quę ſunt veluti principia illius generis, pp quod 2. de anim. & 3. phyſ. dicit, quemlibet actum qui per ſe fit, in propria potentia fieri, tunc ſic: implicat aliquid eſſe principium ſuijpſius, quia ſic eſſet antequam eſſet, vt pulchre declarat D. Aug. lib. 1. de Trin. ergo vel actus, & potentia obiectiua, quę ſunt eadẽ numero res, non diuidunt quodlibet genus contra id quod Faber dicit, vel ſi diuidunt, actus & potentia, in quæ quodlibet genus diuiditur non ſunt principia eius, quod eſt in genere, cõtra id quod Ariſt. docet, ergo dicere actum & potentiam obiectiuam eſſe diuiſiua cuiuslibet generis, vt principia illius, eſt dicere contradictoria.

Ariſt.

D. Aug.

Quid ſoliditatis habeat illud Fabri axioma: Omnis actus comparatus ad potentiam eſt vel naturalis, vel violentus, vel neuter, & nullus eſt ſupernaturalis niſi per accidens ratione agentis ſupernaturalis, à quo per accidens producitur.

Ad Vlt. 1. Reſp. CVm tandẽ ſubiũgitur Scotiſtas rectè dicere nullũ actum cõparatũ ad potentiã eſſe ſupernaturalẽ, ſed quẽlibet eſſe vel naturalẽ, vel violentũ, vel neutrũ; & ſupernaturalem nõ niſi per accidens, quatenus. ſ. producitur ab agẽte ſupernaturali, à quo accidit tali actui, vt producatur. Vide q̃ſo Faber q̃ ſcribis, & caue ne dũ vis eſſe nimium Scotiſta, impingas in errorẽ Michaelis Baij, dãnatũ à Pio V. & Greg. XIII. in Bulla inferius referenda: inter alios errores, quos dictus Michael tenebat vnus fuit, diſtinctionem illam quæ cõiter fit de duplici amore vno naturali, & alio ſupernaturali, eſſe vanã cõmentitiam, & ad illudendum ſacris ſcripturis excogitatam. Summi Põtifices diffiniunt eſſe hæreticum hoc aſſerere, & diſtinctionem illam eſſe optimam, & neceſſariã, & cõſequenter erroneum eſſe negare dari aliquos actus ſupernaturales per ſe, & nõ tm̃ per accidens, vt tu Faber infingis, diſtinctio.n. de duplici amore naturali, & ſupernaturali, quę fit à doctoribus, fit de naturali & ſupernaturali per ſe, nõ de per accidẽs, cõſtante de per accidens nõ eſſe ſcientiam, & circa per accidens ſapiẽtes falli, & cõtingere fallacias, & æquiuocationes, ergo non rectè, ſed periculosè, ne dicã erroneè decantas Faber illud tuum axioma, nullus actus eſt per ſe ſupernaturalis, ſed quilibet vel violẽtus, vel naturalis, vel neuter: & ſupernaturalis non niſi per accidens. Pius V. Greg. XIII.

Addo ſatis male olere & in philoſ. & in Theol. illud Fabri enunciatum accidit actui ſupnaturali produci ab agente ſupernaturali: nunquid nõ legiſti Faber illud Pſalmi. Gratiam, & gloriã dabit dñs? & illud Theologorũ. Gratia, charitas, lumen gloriæ, & ſimilia nulli creaturæ cõnaturalia fieri poſſunt? & illud philoſophorũ omne per accidens reducitur ad aliquod per ſe? ſi ergo gratia, gloria, & alia ſupernaturalia à nulla creatura produci poſſunt, ſed ſolũ à Deo, qui ſecundũ Scotiſtis eſt agens ſupernaturale, qũo accidit illis à tali agẽte ſupernaturali produci? & ſi ab illo p accidẽs, producuntur, à quo producentur per ſe? vel ad quod per ſe productiuũ reducẽtur? nũquid in tua officina noue Vulcane ꝓſiteris dogma Anaxagorę omnia fieri à caſu, & per accidens? 2. Reſp.

3. Reſp. Addo Fabrũ petere principiũ, aſſumit,

mit.n. vt principium irrefragabile id, quod in cõtrouerſiã vocatur aſſumit, in quã, oẽm actum eſſe vel naturalem (ſi conueniat) vel violentum (ſi repugnet) vel neutrũ, ſi nec repugnet nec conueniat potentiæ receptiuæ, et tñ hoc eſt quod cõtrouertitur, num. ſ. tñ dentur hæc tria mẽbra, an potius detur & aliud quartũ, vt nos dicimus, nimirum actũ, qui nec repugnet, nec conueniat, ſed ſuperexcedit potentiæ inclinationẽ, et propterea ſit actus ſecundũ ſe ſupernaturalis, et potẽtia ei correſpõdens ſit potentia obedientialis, quę omnia Mariales copioſe declarat et probat controu. 4. ideo remiſſo lectore ad dicta ibi pertrãſeo ad alia.

4. Reſp. Addo tandẽ cũ hic diſputetur, an cuilibet potẽtiæ paſſiuæ naturali rñdere debeat potẽtia actiua naturalis, et probatũ ſit, rñdere ſecundũ Ariſt. et alia quæ prætacta ſunt, ab re Faber cõfugis ad diſtinctionẽ de triplici actu, et potentia, ad per ſe, et per accidens, ad Scot. et ad Scotiſtas et ſimilia, nihil ad rem faciẽtia, etiã. n. ſi millia genera actuum, et potẽtiarum dentur, et quicquid fingatur Scotus ſcripſiſſe, ſemper verum remanet Thomiſtarũ axioma, qđ cum ſecundũ Ariſt. quodlibet genus diuidatur in proprium actum, et in propriam potentiã, et quilibet actus fiat p ſe in ſua propria potentia, potentia actiua, et paſſiua, agens, et patiens debent eſſe eiuſdem generis, et ordinis, et ita etc.

An diſtinctio, quam Thomiſtæ faciunt de Deo vt Authore naturæ, & vt Authore gratiæ, & de homine theologice & phyſice accepto legitima ſit Fabrique impugnationes aliquid valeant.

1. Obiec. Fabri PRogreditur Faber vlterius, & nititur demoliri illam diſtinctionẽ celebrem quam Thomiſtæ faciunt, de Deo vt authore naturæ, & vt authore ordinis ſupernaturalis, & de homine phyſicè ac theologicè accepto, pro qua legendus eſt Mariales controuerſia x. notab. 1. & 2. & inuehit hunc in modum: hæc diſtinctio, inquit, eſt fundamentum thomiſtarum in hac & multis alijs materijs, ſed ꝙ male ſanũ oſtendo, quęro ait an homo phyſice conſideratus, & vt eſt à Deo authore naturæ, ſit ille idem homo (quo ad quidditatem & eſſentiam ex parte rei) qui eſt conſideratus theologice, & vt ordinatus à Deo agente ſupernaturali ad actus ſupernaturales, vel non? ſi eſt idem, ergo ſecundũ illam eandem naturam, quidditatem & inclinationem, ſecũdum quam eſt à Deo, vt eſt author naturæ, ordinatur ad actus ſupernaturales ab ipſomet Deo, vt eſt author ordinis ſupernaturalis, ſi non eſt idem ergo alius homo ſecũdum quidditatem creatur à Deo vt eſt author naturæ, & alius ſecundum quidditatem ordinatur ad actus ſupernaturales, quod eſt euidentiſſimum abſurdum.

Si dicas, eſt idem ſed diuerſo modo diſpoſitus, contra, ergo homo non ordinatur nec inclinatur ad actus ſupnaturales ſecundum ſuam eſſentiam & quidditatem, ſed per aliquid ſuperadditum naturæ createę à Deo, vt eſt author naturæ, & tunc vel illud additũ eſt accidens, vel ſubſtãtia alia, ſi accidens, ergo inclinatur per accidens & erit beatus per accidens, & nõ per ſe neque ſecundum quod homo, ſed ſecundum illud accidens, ſi vero ſit ſubſtantia, ergo per aliam ſubſtantiã, & quidditatem ab illa, qua creatus eſt à Deo authore naturæ eſſet beatus, qđ eſt pariter abſurdum, quia tũc homo alius ab eo, qui creatus eſt beatificaretur vel ille mutaretur. Effugium Thomiſtarum exploditur.

Et certe ait hæc ratio eſt euidentiſſima: diſtinctio enim illa de Deo vt eſt author naturæ, & author ordinis ſupernaturalis, eſt diſtinctio rationis ſecundum diuerſas conſiderationes, tum eiuſdem hominis, tũ eiuſdẽ Dei, diuerſitas autẽ, & diſtinctio rationis non variat rem à parte rei, ideo cum homo, idem ſecundum ſubſtantiam & quidditatem maneat, & ordinatus 2. Obiect.

ſit.

ſit ad actus ſupernaturales, dicẽdum eſt hunc ordinem inſitum eſſe à Deo ipſi homini i ſua creatione licet Deus poſtea ei non dederit vires per ſe ſolum illum conſequendi.

Solutio. Solutio. Cohibe Faber effrę nem, calamũ, alioquin certe prolaberis in errores, ſit tibi fręnũ regula D. Hiero. etiam ex inordinatis verbis hæreſis incurritur: inter alios errores quos Michael Baius diſſeminauit, vnus fuit vt paulo ſuperius retuli, illã diſtinctionẽ quæ communiter fit de duplici amore, naturali, quo Deus vt naturę author amatur, & ſupernaturali, quo amatur Deus vt author ordinis ſupnaturalis, eſſe vanam, commentitiam & ad illudendum ſacri ſcripturis excogitatam; Summi Pontifices Pius. 5. & Gregor. 13. in bulla paulo inferius referenda, damnant dictum enunciatum vt hereticum & conſequẽter ſtatuunt diſtinctionem de duplici amore naturali & ſupnaturali, & de Deo vt authore naturæ & vt authore gratiæ, & correſpõdenter de homine phyſice & Theologice accepto, eſſe optimam, & neceſſariã, & tu Faber audes ponere os in cęlum & dicere prefatã diſtinctionẽ eſſe fundamentũ Thomiſtarum in multis materijs, & eſſe fundamẽtum mali ſanum? heu aperi oculos Theologorũ Theologe, nõ cernis hoc dictũ deterius eſſe dicto Michaelis? iudex ergo eſto tu tibi ipſi, num in Michaelis errorem, & Pontificum cenſuram incideris, vt ſaltem ſi quam proximiſſime ad illa acceſſeris, memento eſſe Fabro licitum frabilizare, michaelizare nequaquam, ſed iam ad punctum accedamus.

Faber in errorem Michaelis Baij labitur.

Ad 1. inſtantiam. Ad primum dico hoẽm phyſicè, & theologicè cõſideratum, quantũ ad eſſentiam, & quidditatem à parte rei eſſe vnum, & eundem hominẽ, cũ infertur, ergo ſecundũ illã eandẽ quidditatem naturã, & inclinationẽ, ſecundum quam eſt à Deo vt naturæ authorę, ordinatur ad actus ſupernaturales à Deo vt eſt author gratiæ. Dico eſſe rudem, & fallacem conſequentiam, tranſitur. n. à re ordinata, ad rationẽ ordinis, & à ſenſu ſimplici ad ſenſum reduplicatiuum: verum quidem eſt hominem, hominiſq; naturã, eſſe rem, quę ordinatur ad gloriã ſupernaturalẽ, cęterum ratio talis ordinis ad gloriam non eſt natura humana, aut naturalis eius inclinatio, vt arguens periculoſe accepit, ſed eſt extrinſecã Dei acceptatio, & ſuperadditũ donũ gratiæ, iuxta illud Pauli epheſiorũ primo, elegit nos ante mundi conſtitutionẽ, & Rom. 6. gratia Dei vita eterna, propter quod & Ariſt. 1. Ethic. c. 13. dixit beatitudinẽ eſſe domũ Deorum, ideo eius diſcurſus nihil concludit. Itaque vno verbo homo phiſice & theologice acceptus, eſt idẽ homo quidditatiue, eſſentialiter & ſecundũ naturã, non autem eſt idem relatiue, accidentaliter, & diſpoſitiue, quia nõ eſt eodem modo diſpoſitus phyſice, & theologice acceptus.

Apoſtolus *Ariſt.*

Ad 2. inſtantiam. Contra quod cum inſtatur, quod ſic, homo inclinaretur ad beatitudinẽ non ſecundum eius quidditatem, ſed per accidens ſuperadditum, & conſequenter bearetur per accidens, quod abſonat. Noueris Faber nõ deeſſe qui concedant conſequentiam, & negent hoc eſſe falſum; homo. n. non ſecũdũ ſuam quidditatẽ inclinatur ad gloriã ſed per habitus ſupernaturales accidẽtales ſibi infuſos: ego nihilominus maioris claritatis gratia, diſtinguo cõſequẽs: ſi loquaris de inclinatione habituali non elicita, concedo hominẽ non inclinari ad beatitudinẽ ſupernaturalem ſecundum ſuam quidditatẽ ſed ſecundum habitus ſupernaturales infuſos vt ſupra, quod qui negat, oſtendit ſe parum verſatum in theologia, neq; beatitudo recipitur in anima me dijs habitibus accidentalibus vt falſo ſub indica nos tenere, ideo ex hoc capite nequaquam ſequitur hominem beari per accidens. i. medio illo accidente, per quod in beatitudinem inclinatur, & in quo beatitudinẽ immediate recipit, ſi autem loquaris de inclinatione elicita ſic iterum con-

çedo hominem non ſecundum ſuam eſſentiam ſed ſecundum actum elicitum accidentalem appetere, & inclinari in beatitudinẽ ſupernaturalẽ, & nego ex hoc capite ſequi hominẽ beari per accidens, ſupponitur .n. falſo, ꝙ beatitudo recipiatur immediate in tali inclinatione, quo nihil ridiculoſius audiri poteſt, ergo de quacunq; inclinatione Faber loquaris sẽper vel falſum aſſumis vel impertinẽtia deducis & ita &c. lege ſcripta à Mariales in hoc propoſito Cont. 10. & deinceps.

Alia Reſp. ad eandem inſtãtiam.

Ad, le Fabrum habere pro abſurdo id quod nedum non abſurdum verum & neceſſarium eſt, nempe hominem ſecundum ſuam eſſentiam non inclinari in beatitudinem ſupernaturalẽ, Philoſophia .n. teſtatur quæ cõueniunt rei ſecundum ſuam eſſentiã, conuenire inſeparabiliter etiam per Diuinam omnipotentiam, vt rationalitas nec etiam per Diuinam omnipotentiam ab homine ſeparari poteſt, theologia ab alia parte clamat hominem non neceſſario, ſed ex extrinſeca Dei libertate ad beatitudinem ſupernaturalem ordinatũ fuiſſe, iuxta illud Pauli gratia Dei vita ęterna, & illud elegit nos ante mundi conſtitutionẽ, & ſi voluiſſet potuiſſet nos, nõ ad beatitudinem ſupranaturalem, ſed ad aliquem aliũ finem naturalem, puta ad contemplationem ſubſtantiarum ſeparatarum ordinare, quo ſtante non inclinaremur ad beatitudinẽ ſupernaturalem (ſecus naturalis inclinatio totius ſpeciei humanę fruſtraretur in perpetuũ quod abſonat) ergo ſignum eſt ſi nunc inclinamur in beatitudinẽ ſupernaturalem, inclinari non ſecundum eſſentiam, & naturam, ſed per habitus accidentales naturæ ſuperadditos contra id, quod Faber crocitat.

Et cum adiũgis diſcurſum factum eſſe euidẽtiſſimum, & diſtinctionẽ de Deo vt authore naturæ, & vt authore gratię, & de hõie theologice ac phyſice accepto, eſſe diſtinctionem rationis, non variantem naturã hominis, quare cum ſecundum ſuam ſubſtantiam maneat idẽ homo, & ordinatus ad actus ſupernaturales, ordo ad finẽ ſupernaturalẽ ineſt homini a ſua creatione licet Deus ei non conceſſerit vires per ſe ſolum cõſequendi illũ finẽ: ex dictis patet hunc tuũ diſcurſum eſſe quidem euidentiſſimum .i. euidentiſſime inanem, futilem, & plenũ falſitatis ac ęquiuocationis: & quomodo quęſo acute Faber ex eo, quod diſtinctio rationis non mutat naturam rei, infers hominẽ ſcd̃m ſuã quidditatẽ ad actus ſupernaturales ordinari? audirem libenter hanc nouã paralogizandi artem, homo theologice & philoſophice acceptus, Deus vt author naturæ, & vt author gratiæ non diſtinguntur niſi rõne, ergo hõ ſcd̃m ſuã qdditatẽ manet ordinatus ad actus ſupnaturales, explicẽt q põt obſtruſã & ſalebroſã hãc illationẽ hui⁹ cõſequẽtię.

Primum falſum eſt hominẽ theologicè & phyſice acceptũ diſtingui ſolũ ſcdm rõnẽ, diſtinguitur n. realiter, nõ realitate rei a re, ſeu diſtinctione reali diſperata, vt Petrus & Paulus, ſed realitate ſup additionis, ſeu diſtinctione reali non diſperata, vt paries albus diſtinguitur realiter a ſe ipſo non albo, & totũ diſtinguitur realiter à partib⁹ ſimul ſũpſis in vtraq; ſchola: homo .n. phyſice accipitur cũ accipitur in puris naturalibus & cũ ordine ad finem naturalẽ, accipitur theologice, cũ accipitur vt ſtat ſub perfectionibus ſupnaturalibus, & cũ ordine ad finẽ ſupernaturalem, quia ergo acceptus homo theologice addit ſupra ſeipſum perfectiones ſupernaturales, quas phyſice acceptus non includit, ideo vt ſic diſtinguitur realiter a ſeipſo realitate ſuperadditionis vt ſupra.

Similiter Deus dicitur naturæ author vt cauſat realiter pertinentia ad ordinem naturæ, dicitur author ordinis ſupernaturalis, vt cauſat realiter pertinentia ad ordinem gratiæ, ideo licet in eſſendo nulla diſtinctio realis intercedat inter authorẽ naturę, & authorẽ gratiæ, ſed ſola diſtinctio rõnis cũ fundamẽtum in re, tñ in cauſando

eſt di-

eſt diſtinctio realis quodammodo, & ſic falſo dicit Faber abſolute diſtinctionem inter hominem theologicè & phyſicè acceptũ, & inter Deum vt authorẽ naturæ & vt authorẽ gratiæ conſideratum, non eſſe niſi rationis.

Verum enimvero demus noſtro oppoſituri in beneuolentiæ ſignum, pręfatã diſtinctionẽ nõ eſſe niſi ſcdm rõnẽ, quid quæſo cõmercij Faber cũ hoc antecedente habet illa cõſequẽtia q̃ infers, ergo hõ ſcdm ſubſtantiã, & quidditatẽ remanet ordinatus ad act⁹ ſupernaturales? certè multo minus q̃ ſi in ferretur, Deus punit detractores, ergo in officina Fabrorũ fabrilia non theologalia tractãda ſunt, & tñ infers illã intrepide abſq; ꝓbatione aliqua perinde atq; ſi nihil clarius aut certius inferre potuiſſes, explica ergo melius teipſum, & interim agnoſce te petere, principiũ: aſſumis.n. hoïem ordinari ad gloriã ſupernaturalẽ ſm ſuã naturã vnde & quia diſtinctio de hoïe phyſice & theologice accepto, eſt diſtinctio rõnis nõ mutãs naturã, & inclinationẽ rei, deducis ꝙ ſicut eſt eadẽ natura hoïs phyſice, & theologice accepti, ita quõlibet accipiatur, ſemper remanet inclinatus ſcdm eſſentiã ad gloriã ſupernaturalẽ, & tñ hoc eſt ꝙ in cõtrouerſiã vocatur, an. ſ. hõ ſcdm ſuã naturã inclinet ad gloriã ſupernaturalẽ & nos hoc negamus ob rõnes adductas ideo &c. id aũt ꝙ additur ꝙ. ſ. Deus indidit homini inclinationẽ naturalẽ ad gloriã, ſed nõ ſuppetitauit vires eã aſſequendi: eſt indignũ viro philoſopho, nedũ Theol.; cõc.n. Philoſopho rũ proloquiũ eſt, inferius examinandi naturam nõ impartiri inclinationem, niſi ad qđ perducere poteſt, ne naturæ ordo remaneat deficiẽs, & imperfectus, quanto minus ergo Deus impertietur inclinationẽ non ſuppeditatis virib. &c.? Affert Faber neſcio quæ alia à ſe confecta, quæ & impugnat, ſed quia Thomiſtæ illa, nec vel ſomniarunt, ideo relicto Fabro in ludo ſuarum fictionum ad alia me confero.

Mariales modeſtia, & reuerentia in Scotum, & quid alij de Scoti dogmatibus ſenſerint.

Pergit vlterius Faber, & acriter taxat Mariales de irreuerentia & immodeſtia in Scot. & ſcribit hũc in modum. Verũ oẽm rationẽ modeſtię tranſgreditur Mariales cont. 9. c. 4. audet. n. dicere opinionẽ hanc Scoti, qđ homo inclinetur naturaliter ad actus ſupernaturales, eſſe damnatã per Bullã Pij V. & Greg. XIII. in qua dãnant propoſitionem 34. Michaelis Baſij, quæ ita habet: diſtinctio illa duplicis amoris naturalis, & ſupnaturalis quo Deus amatur, vt obiectũ naturale & ſupernaturale, eſt vana, & cõmẽtitia, & ad illudẽdum ſacris literis excogitata. Reſp. ait, patiẽter agendũ eſſe cũ hoïbus nõ habentib. modeſtię modũ.

Sol. Extra Scholam Scoticã nemo eſt & forſan nõ fuit vnquã, qui Scotũ pluris faciat, qui eius doctrinã plus reuereatur, de Scoto honorificentius verba habeat & ardentius illi ſtudeat Mariales, vnde in ſuis controuerſijs paſſim vocat Scholã Scoticã perilluſtrem, & Scotum poſt D. Th. dilectum ſuũ Doctorẽ, profitetur illum defendere vbi ab Aquinate non diſſidet, cõfitetur poſt D. Th. in nullo alio authore iocundius, & vtilius ſe detinuiſſe quã in Scoto, hortatur oẽs ad ſtudendũ Scoto poſt D. Th. & ſimilia quæ magni amoris & reuerẽtiæ inditia ſunt vt patet alij ſcriptores non ſic Faber loquuntur, vt ſtatim audies, qui tamen ſunt toto orbe celebres, & hæ ſunt gratiæ, quas Mariali pro ſingulari eius in tuum præceptorem amore refers? Audi quid ſcribat Io. Io. Gerſon to. 4. lec. 1. pęnitemini. cõſid. 1. lit. M. referente Nicolao Ianſſenio Belga. Admirari, inquit, nõ ſufficio qualiter patres, & Fratres Minores, dimiſſo tanto doctore Bonauent. nimirum, qualẽ neſcio, ſi vnq̃ ſtudiũ Pariſiẽſe habuerit, cõuerterunt ſe ad neſcio quos nouellos, pro quibus parati ſunt pedibus & manibus decertare; tandẽ quantum in illis proficiant, Gerſon. Ianſſ. Belga.

ipſi viderint;& to.1.in Epiſt.ad quen
dā Minoritā,quæ habetur poſt tracta
tū de examine doctrinarū, inuehitur
multis cōtra dogmata Scoti,& deplo
rat Io.Scot. prælatū eſſe S.Bonau. &
Alex.de Ales; illum doceri in Scholis
Minoritarū, hos quodāmodo in exi-
liū actos,extolluntur, inquit,alij qui-
dā, quorū ſint vtinā nomina in libro
Paul.Iouius. vitæ, & Paulus Iouius Eps Illuſtriſs.
& Reuerēdiſs. Nocerinus toto orbe
celeberrimus: nemo,inquit,(loquens
de Scoto)eorū,qui non inſano Chri-
ſtianæ pietatis amore flagrātes, vltro
ſeſe cenobijs in ſeruitutē addixerunt,
Io.Scoto in grauiſſimis ſtudijs acrior,
ac ſubtilior fuit;cū admirandis volu-
minibus cōmentationū editis,nouam
de noīe ſuo ſectā conderet, & in Aq-
natis ſcripta non diſſimulānter inue-
heretur, verū proteruo,captioſoq; di-
cēdi genere Chriſtianis dogmatibus
illuſiſſe vr̄, cū paſſim inducta qōne,
dubitabūdus ſacrarū rerū fidem, ne-
quaq̄ tenui figmentorū caligine cōfu
diſſet, qui aliquot præclara eius ordi-
nis ingenia ad optimā frugē nata, di-
ſtorto ad veritatē itinere ſuſpendiſſe,
pdidiſſeq; vr̄, ſed manifeſti, vel occulti
criminis, apoplexia correptus, pœnas
Petrus Opmeer Belga. perſoluit. Et Petrus ab Opmeer Bel-
ga,cuius ingeniū oīum penè diſcipli-
natū capax fuiſſe dr̄, in Chronico ad
annū 1294. repetit & ipſe: Io.Duns,
inquit,aliàs Scotus,captioſo differen-
di genere Chriſtiana dogmata enar-
rans, paſſim inducta qōne lites cōſe-
uit: Hæc,& his ſimilia multa legūtur
& apud alios, ſed ob reuerentiā qua
Sco.proſequor,& ne te nimio pudore
te ſuffundam ea referre nolo,cū ergo
Mariales talia nō ſcripſerit,nec retu-
lerit,cum tñ eū hæc,& multo alia plu
ra non fugerent, immerito Faber in-
ſimulas eum de immodeſtia, & irre-
uerentia in Scotum.

Oh,dixit Scoti opinionē de inclina-
tione naturali ad actus ſupnaturales
videri dānatā vt ſupra: vtiq; ita eſt, cæ
terū nō dixit aliquid qđ multis antea
ſeculis à plurib. alijs(ijſq; præſtātiſſi-
mis viris modeſtiam profitētibus) de
multis Scoti dogmatib. pluries dictū
nō fuerit: referā aliquot quorū dā di-
cta,reliqua tu Faber per te ipſū videre
poteris apud alios. Ipā. ergo Gerſon Gerſon.
vbi ſupra,aſſerit Scoti diſtinct. ex na-
tura rei q̄ ponit in diuinis eſſe à docto
ribus exploſam. Greg de Valentia So Valentia.
cietatis Ieſu to.1.diſp.2,gn̄rali, q.13.
puncto 1.affirmat præfatā diſtinct.ex
natura rei confictam à Scoto in diui-
nis, eſſe parū conſentaneā fidei, hæc
ſnīa,inquit, Scoti vehemēter obſtare
vr̄ Trinitatis miſterio, & abhorrere
ab Eccleſiæ diffinitione. Lud.Molina Molina.
eiuſd. Societatis 1.p.q.28. art.2.diſp.
2.& 5.concl.2.dicit præfatā Scoti ſen
tentiā eſſe parū tutā in fide, & q.40.
art.2. diſp.1. dicit illā à veritate diſce-
dere; idem Molina 1.p. q.12. art.5.
diſp.1.& Vaſquez ibid.diſp.42.c.2,et Vaſquez.
Valentia ibid.puncto 3.cum Caiet.& Caiet.
alijs ibid. dicunt ſnīam Scoti negātis
lumē gloriæ pro viſione beatifica ne-
ceſſarium,eſſe reprobatā in Concilio
Viennenſi: idē Molina 1.p.q.62.ar.3.
refert Scot.ſentire Protoparentē Adā
nō fuiſſe creatū in gratia, & dicit hoc
eſſe parū tutū in fide. Idē repetit Bel-
larminus lib.1. de gratia primi hom. Bellarm.
c.3.& dicit talē ſnīam parū quadrare
cōcilijs & ſanctis Patrib,ab eo citatis,
& præfert in Concil.Trid. Idē Bellar.
lib.3.de Euch.c.23.refert aliam Scoti
ſnīam aſſerentis an̄ Concil. Lateran.
nō fuiſſe dogma fidei tranſubſtantia-
tionē panis in Euch.& dicit hoc eſſe
falſum, & aduerſari Cōcil.Trid.ſeſſ.
13.c.4. Item Scot.tenet Chriſtū abſo
lutè peccare potuiſſe,& Capreol.dicit Capreol.
contra hanc ſnīam non argumentis,
ſed flāmis procedendū. Itē vult Scot.
Chriſtū hoīem eſſe filiū adoptiuū qđ
Conc. Francofordiano, & Adriano
Papæ I.repugnare vr̄. Tandem Mol. Molina.
i.p.de operib.ſex dierū diſp.22. refert
ſnīam Scoti, qua tenet oēs mulieres
in ſuprema reſurrectione habituras
non ſexū fœmineū, ſed virilē dempta
ſola B. Virg. q̄ ſnīam doctiſſimè im-
pugnat & Guido Carmelita lib.de hę Guido Car.
reſibus,

Alph. de Caſtro. reſibus,& Alphonſ.de Caſtro Minorita, & alij erroneā vocāt,veluti & erroneā dicunt multi illā aliā Scoti ſententiā,qđ eſſentia Sacri pœn. conſiſtat in abſolutione ſola,contritionē vero, &cōfeſſionē eſſe tm̄ diſpoſitiones neceſſarias,qđ eſt contrariū Conc.Flor. &Trid. vt obſeruat Pet.à Ledeſma in tract.de Sacr.pœn.p.1.c.1.concl.2. Ecce Faber q̄ familiare eſt inter Doct. Catholicos ſcribere,q̄ audiuiſti de tui pceptoris dogmatibus,& tu tā acerbè cōquereris de Mariales,ꝙ ſemel pronuntiauerit,quod alij millies inculcarūnt? ſed fortè te excuſabis,ſi hęc legiſſes ab aſſuetis te vel nullā, vel nō tantā paſſionē capturū: cōpatior,ſed diſce dormientes muſas non excitare. Ledeſma.

An opinio de inclinatione naturali ad actus ſupernaturales ab Eccleſia damnata ſit? & Faber defenſor eius Eccleſiæ cenſurā ſufficiēter effugiat?

Fabri gloſſa. SEd videamus iam q̄ acutè noſter oppoſitor Eccleſiæ cenſurā ſubterfugiat;determinatio,inquit,Eccleſiæ facit pro Fabro,nā Baius negabat diſtinctionē amoris naturalis,& ſupnaturalis q̄ Faber admittit,&ſic verū eſt nos amare Deū naturaliter ſm̄ inclinationē naturalē, & ſupernaturaliter,i.adiūti,quoad actiuitatē à Deo, ſine quo eū diligere nō poſſemus. Oh egregiā ſubtilitatē, ò ſpeculationē diuinā,cauſas oēs ad ordinē ſupernaturalē extollentē. Audi Faber,ignis naturaliter inclinatur ad cōburendū,& ſine Dei cōcurſu cōburere nequit, vt probatur 8.phyſ. & 12.met. de oībus cauſis ſecūdis, & tm̄ nō dr̄, quod ignis cōburat naturaliter,& ſupernaturaliter, naturaliter, quo ad inclinationē naturalē,& ſupernaturaliter,quo ad actiuitatē à Deo, ſine quo non cōbureret, quia concurſus Dei ad naturalia, & ipſe eſt de ordine naturaliū, & naturaliter debitus agētibus naturalib. (ex pacto tm̄, & diſpoſitione Dei, vt Theologi docēt) ſic adeo vt ſi ſubtraheretur,ſubtractio eſſet miraculoſa,& ſupernaturalis, ergo ex eo quod nequeamus diligere Deum (eo titulo quo in eū inclinamur) ſine illius concurſu, dici non pōt, quod diligamus Deū naturaliter quātū ad inclinationē, & ſupernaturaliter quantū ad actiuitatē, ergo vel tua Faber gloſſa ridicula,vel oīa agentia naturalia,naturales ſuas actiones, naturaliter,& ſupernaturaliter efficiūt, quo nihil ſtultius fingi poteſt. 1.Confutat.

2.Confut. Ad hæc qn̄ dicis Faber, nos diligere Deū naturaliter quo ad inclinationē,& ſupernaturaliter quo ad actiuitatē;quo titulo accipis Deū? vt eſt obiectū naturale? an vt eſt obiectū ſupernaturale? ſi vt obiectū naturale, procedit diſcurſus proximè factus,cui nūquā rn̄debis, ſi vt eſt obiectū ſupernaturale,petis principiū, & incidis in errorē Michaelis Baij: petis principium quidē, nā ſupponis in hoīe eſſe naturalē inclinationē ad Deū, vt eſt obiectū ſupernaturale, quod tn̄ eſt, quod in controuerſiā vocatur,& à nobis negatur,incidis poſtea in errorē Michaelis Baij. Nā & ipſe vult(vt tu contendis) Deū ēt vt obiectū ſupernaturale, naturali amore attingi, & amor non eſt niſi inclinatio naturalis amātis in amatū,vt patet, ergo quicquid dicas ī laqueū incidis,pp qđ prudenter adiecisti aliam gloſſam, ſed & ipſa quā parū valeat, mox manibus attrectabis.

Alia Fabri gloſſa. Michael Baius,inquit Faber,dānatur, quia indicat, nos viribus naturalibus,ſine Dei auxilio poſſe elicere actū amoris Dei, vt eſt obiectū ſupernaturale, ſicut oportet, & meritorie, quod eſt erroneum, & nō aſſeritur à Scotiſtis, vnde non cōprehenduntur ſub Eccleſiæ cenſura.

1.Confut. Expendamus verba Mich. Baij, & apparebit,q̄ procul ab eius intētione ſit id,quod Faber ſcribit: verba ergo Mich.ſūt hæc. Diſtinctio illa duplicis amoris.ſ.naturalis,quo Deus amat vt author naturę, & gratuiti, quo Deus amatur, vt eſt beatificator, vana eſt,& cōmentitia ēt ad illudendū ſacris lr̄is, ac plurib. veteris teſtimonijs excogitata. Verba Bullæ Pontificiæ ſunt hęc Verba Bullæ Pontificiæ.

poſt 79. propoſitiones relatas eiuſdē Michaelis: has ſnias (inquiunt Pontifices) ſtricto corā nobis examine ponderatas, q̃quā nonnullæ aliquo pacto ſuſtineri poſſent, in rigore tñ, & proprio verborū ſenſu ab aſſertore intento, hæreticas, erroneas, ſuſpectas, ſcandaloſas, & in pias aures offenſionem immittentes reſpectiue, ac quæcunq; ſuper his, verbo, ſcriptoq; emiſſa, præſentiū authoritate dānamus, circūſcribimus, & abolemus deq; eiſdē, & ſimilibus poſt hac quoquo pacto loquendi, ſcribendi, & diſputandi facultatem interdicimus.

Ecce Faber, Mich. nō dicit Deū, vt eſt gratię author poſſe à nobis meritorie viribus naturę amari, vt tu fabularis, ſed dicit illā diſtinct. duplicis amoris (naturalis. ſ. quo amatur Deus, vt naturę author) & ſupernaturalis, quo amatur Deus vt author gratiæ, eſſe vanā, cōmentitiā, & illuſiuā ſcripturarū & vult eodē amore amari Deū vtroq; titulo (poſito tñ concurſu neceſſario Dei, vt ēt philoſophi fatentur) Pōtifices contra volūt illā diſtinct. eſſe optimā, & neceſſariā & demum vt eſt author ordinis ſupernaturalis, amore ſupernaturali, nō naturali attingi, & eſſe hæreticū aſſerere oppoſitum, clarū aūt eſt amorē naturalem eſſe naturalem inclinationē amātis in amatum, ergo cum tu Faber ponas in hoīe naturalē inclinationem ad Deū vt obiectum beatificum, videris aſſerere idē, quod Mich. Baius, & incidere in eandem cenſuram: Apparentior ergo fuga eſt illa q̃ Mariales affert cont. 8. c. vlt. quod. ſ. ſecundū Scot. nullus actus comparatus ad potentiam, eſt ſupernaturalis, ſed neq; hoc prodeſt ob motiuum, quod vide apud eundem Mariales, & Pontifices ſtatuunt illam diſtinctionem duplicis amoris naturalis, & ſupernaturalis, eſſe optimā, & oppoſitum eſſe hæreticum, ergo dant intelligere male olere dogma Scoticū à Fabro toties decantatum, quod comparatione potentiæ nullus actus ſupernaturalis ſit, ſed quilibet naturalis violentus, vel neuter vt paulo ſuperius latius declaratum eſt.

An ſi homo non naturaliter, ſed medio aliquo accidente naturæ ſuperaddito in beatitudinem inclinaretur, ſequeretur illum beari per accidens? An intellectus, & voluntas, in quibus beatitudo immediate recipitur, per diuinam omnipotentiam ab anima ſeparari poſſint, & vt ſic ſeparata beari?

PRogreditur Faber vlterius; & quia, inquit, probatum eſt, quod ſi homo naturaliter, & propriè non inclinaretur in beatitudinem, & illa in eo proprie non reciperetur, ſed reciperetur per lumen gloriæ, ſequeretur hominem beatificari per accidēs, & Mariales reſpondet hoc non eſſe inconueniens, quia etiam beatitudo inhæret animæ medio intellectu, & voluntate, quæ ſunt accidentia, & tamen non propter hoc beatus dicitur beatificari per accidens, & colorabile coloratur mediante ſuperficie, quæ eſt accidens, & tamen non dicitur colorari per accidens, oſtendo, ait, quod Mariales nō ſatisfacit, ſed confirmat vnum abſurdū per aliud abſurdum; nam ſi intellectus, & voluntas ſunt accidentia, vt Thomiſtæ volunt, ſequitur quod anima per ſe primo non eſſet beata, quia beatitudo non ineſſet immediate, & per ſe animæ, ſed ineſſet accidentibus & per accidentia animæ, & ſolum per ſe ſecundo, et ſic accidēs per ſe primo eſſet beatum, quod abſonat; id autem quod additur de ſuperficie, ait, eſt contra Mariales. Nā ſuperficies ipſa proprie eſt quod coloratur, ſubſtantia autem quæ ſubeſt ſuperficiei coloratur per accidens, quia color non ineſt illi per ſe primo, ſed per aliud & ſecundario; ergo anima erit beata non per ſe primo, ſed per accidens, & medio aduentitio accidente luminis gloriæ, & charitatis in quo per Aduerſarium beatitudo primo recipitur.

1. Fabri obiectio.

2. obiectio.

Solu-

Ad 1. Solut. Solutio. Legatur Mariales cōt. 11. cap. vlt. ad finē & videbitur q̄ elegan ter perſtrinxerit oīa, quæ dici poſſunt in hoc ꝓpoſito, & exploſerit oīa, quę Faber nūc obijcit; nūc curſim philo ſopho ego ita: ipſiſſima viſio et fruitio beata eſt operatio accidētalis, & tñ beatus non dicitur beari per accidens eſto talis operatio, qua formaliter beatur, accidētalis ſit, cur ergo mi. Faber dicetur beari per accidēs, quia potētia qua mediante beatitudo anime inheret (.ſ. intellectus & volūtas) accidētia inſeparabilia animę ſint? in hoc poſitiſſimum premit Mariales, cur hoc Faber non adduxiſti? cur huic diſcurſui nihil reſpondes? aliud eſt (adiungit Mariales) beatū beari per accidens, aliud beari medio accidente, primū importat cōtingentiā, ſeparabilitatē, & durationē nullā, vel modicā, ſcd̄m denotat inter beatitudinem, & animam intercedere accidēs aliquod, quo mediante beatitudo animæ inhęreat, quod beatitudini non repugnat quando beatitudo ipſa, operatio accidentalis eſt, vt prętactum eſt, in hoc vrget Mariales vehemēter p. qđ & diſſipat ò Faber omnes tuas laruas, & tu hóc non refers? ad hoc nihil reſpondes? & apologizare præſumis?

2. Solutio. Quoniā vero Mariales ſupponit vt proprio loco probatū nēpe p. p. q. 77. ar. 1. & q. 54. ar. 3. intellectū, & voluntatē, & alias potentias aīæ, eſſe accidētia inſeparabilia animæ, & ibi pro trita eſſe omnia argumenta in cōtrariū (nō .n. oīa vbiq; ſed ſingula proprijs in locis probāda ſunt) ideo iure optimo attulit inſtantiā, q̄ attulit de intellectu, & voluntate, quod ſunt accidētia, & eis mediātibus beatitudo inhæret animæ, & tñ anima nō dicitur beari per accidens, proinde nō abſurdū p abſurdū cōfirmauit Mariales vt ridicule noſter oppoſitor ſcribit, ſed veritatem per veritatem declarauit.

Inſtantia. Contra q̄, cum inſtatur qđ ſi intellectus & volūtas in quibus beatitudo immediate recipitur, eſſent potentiæ accidentales, iā aīa non per ſe ipsā eſſet beata, ſed ſecundario, & per accidens .i. p ipſius potētias accidentales, & tales potentiæ accidentales per ſe primo bearētur. Reſpondetur ita. Quod & quo apud veros philoſophos non ponūt in numerū, ſed ambo ſimul ſumuntur pro vno integro principio, ſcriptor nō ſcribit niſi habeat calamū quo ſcribat nec Petrus deambulat niſi habeat pedes quibus deambulet, & tñ nō dicitur quod ſcriptio per ſe primo conueniat calamo, & ſcđario ſcriptori, nec deābulatio per ſe primo cōueniat pedibus, & ſcđario Petro, quia fieri eſſe, & operari, conuenit ſuppoſito, vel rei ſubſiſtenti dumtaxat, & nō inſtrumento, vel ei, quo aliquid fit, eſt & operatur: intellectus aūt, & volūtas ſunt inſtrumenta cōiuncta animæ quibus anima operatur & beatur, & idē eſt de alijs potentis, ideo non ponunt in numerum cum eo, & operatio beatifica fieri & eſſe beatum attribuuntur animæ, non dictis potentijs quibus mediantibus operatio beatifica elicitur, & inhæret animæ. 1. Reſponſio.

2. Reſp. Dico ſcđo, quod eſſe ſubiectū accidētiū ſtat dupliciter, nēpe vt quod, & vt quo, ſubiectū vt quod, eſt ſubſtātia cōpoſita, ſubiectū vt quo, eſt materia vel quātitas, vt docemur in phyſicis: ſic ī propoſito ſubiectū gloriæ duplex aliud, vt qđ & hoc eſt aīa vel homo, aliud vt quo, & hoc eſt intellectus, & volūtas in quib. gloria immediatè recipitur, qñ ergo ſic argumētaris, ſi intellectus, & voluntas eſſent potentiæ accidētales, iam aīa nō eſſet per ſe primo beata, diſtinguo, nō eſſet p ſe primo beata vt ſubiectū (quod) nego cōſequētiā, intellectus .n. & volūtas in quibus beatitudo recipitur, nō ſunt ſubiectū (quod) ſed ſubiectū (quo) vt prætactū eſt, proinde ī ratione ſubiecti (qđ) inter aīam, & beatitudinē nihil mediat, & ſic aīa per ſe primo, & immediatè beatur: vt (quod) nō eſſet p ſe primo beata vt ſubiectū (quo) beatitudinis, concedo cōſequētiā, & nego hoc eſſe falſum, cū .n. beatitudo ipſa, operatio accidētalis ſit, pro proprio receptiuo

primo vt quo, aliquid accidẽtale expoſtulat, vt actus, & potẽtia ſibi correſpõdeant, vt docet vera metaphyſica, ex quo nõ fit, vt aĩa beetur per accidẽs .i. fortuito, ſeparabiliter, & ad breue tẽpus, ſed vt beetur medio accidẽte, qd ne dũ nõ abſonat, quinimo eſt neceſſariũ, vt pretactũ eſt; quotquot autem dicunt aĩam beari per ſe primo, intelligunt beari immediatè ſolũ vt ſubiectũ (quod) beatitudinis, nõ aũt vt ſubiectũ (quo) ideo &c. ita dicendũ eſt redacta re ad maiorẽ rigorẽ, quo redigi poteſt: at abſolutè loquendo, negãda eſt conſequentia (ẽt de ſubiecto quo gloriæ) quia vt dixi (quod) & (quo) non poſũt in numerũ, ideo dũ aĩa beatur medijs ſuis potẽtijs, dicitur beari per ſe ipſam, & non per aliud, ſicut & ſcriptor dicitur per ſe ipſum ſcribere, eſto vtatur calamo ad ſcribendum.

3. Reſp. Et cum adiungitur, quod potentię in quibus beatitudo immediatè recipitur, eſſẽt p ſe primo beatę, dico hãc eſſe illationẽ indignã reſponſione; ẽt calamus immediate efficit ſcriptionẽ: & pedes immediatè eliciunt deambulationẽ, & tñ quis (niſi delirãs) aſtruat calamũ per ſe primo ſcribere, & pedes per ſe primo ambulare? clamãtibus philoſophis actiones, & paſſiones per ſe primo attribui agenti, & patienti principali & vt quod, non autẽ inſtrũs agendi, & patiendi, qualia ſunt calamus, & pedes & potentiæ aĩæ vt ſupra;

4. Reſp. & poſtea oblitus es Faber cõis proloquij, quæ habent rationẽ quo, nõ ipſa ſunt quę ſunt, ſed ſunt quibus alia ſunt, intellectus aũt & voluntas ſunt potentiæ, quibus beatitudo formalis elicitur, & recipitur in aĩa, ideo nõ illę, ſed anima per illas beata dicẽda eſt, & cum eſſe beatũ debetet eſſe beatũ vt quod, iuxta illud, eſſe, fieri, & operari, ſubſiſtẽtiũ eſt, fit vt ſit implicãtia in terminis dicere, intellectũ, & volũtatẽ quibus medijs aĩa beatur, eſſe per ſe primo beata, & tñ noſter oppoſitor hæc cõſtãter pfert vt patet ergo.

Difficultas augetur. Et ſi augeat difficultas. ſuperficies, in qua colores immediatè recipiũtur, põt miraculoſe conſeruari ſeorſim à ſubiecto, & vt ſic eſſet verè colorata vt qd, ergo pari modo, ſi beatitudo immediatè recipitur in intellectu & volũtate, põt Deus miraculosè ſeparare intellectũ, & volũtatẽ ab aĩa, & ſic ſeparata poterũt per ſe primo beari vt quod, quod tñ eſt abſurdũ: Primũ alij qui negant intellectũ & voluntatem poſſe ſeparari ab anima, quia cum ſint potẽtiæ uitales, & naturales illius proprietates, per nullã potẽtiã ab aĩa ſeparari poſſunt. 1. Reſp. Secundo reſpondẽt alij (quibus ego ſubſcribo) dato quod intellectus, & voluntas conſeruarẽt à Deo ſeorſim ab aĩa, tñ nequaquam bearentur vt quod. Ratio eſt. Nã beatitudo eſt operatio vitalis ſubiecti viuẽtis, intellectus aũt, & volũtas ſeparata ab aĩa nõ eſſent viuẽtia, ſed mera accidẽtia, miraculosè cõſeruata in eſſe, ſicut cõſeruatur quantitas Euchariſtiæ, ideo nequirẽt elicere actũ vitalẽ beatificũ, & conſequẽter nec beari; 2. Reſp. ex quo patet deciſio illius difficultatis, an intellectus, & voluntas per diuinam omnipotentiam ab anima ſeparari poſſint? Deciſio inquam, eſt in ratione qualitatis ſeparari poſſe, in ratione potentię vitalis non poſſe ob motiuum tactum: propterea benedictum eſt, quod ſeparata non eſſent capacia beatitudinis, quæ eſt operatio vitalis: ſuperficies autem non eſt quid vitale, & recipere accidentia, vitalitatem non inuoluit, ideo à ſubſtantia ſeparari poteſt, & vt ſic conſeruata recipere alia accidentia, & non eſt ſimile de illa, & de intellectu, ac voluntate, vt falsò aſſumebatur.

Ad vltimum. Cum demum ſubiungitur, quod ſuperficies eſt, quæ per ſe primo coloratur, & ſubſtantia per ſe ſecundo, ex dictis patet hoc eſſe falsũ, ſubſtãtia .n. eſt primum coloratũ vt qd, & ſuperficies primũ coloratũ vt quo, & pari modo aĩa eſt id quod primo beatur vt quod, intellectus, & volũtas, quod primo beatur vt quo, & hic agitur de ſubiecto beatitudinis, vt quod, non de ſubiecto vt quo: ideo &c. Repetitiui

Faber falſum imponit[illegible]

ſæpius

ſæpius intellectum, & volũtatem beari per ſe primo vt quo, quia beatitudo in illis immediatè recipitur. Vnde eſt mendacium inſanum, id quod Faber imponit Mariali, quod teneat beatitudinem per ſe primo recipi in luminè gloriæ, & charitate, lege Marialem controu. 11. c. vlt. vbi diſſerit hac de re, & non inuenies in eo hanc ſtultitiam, ſed Faber ex ſua tenebricoſa officina eam in lucem protulit.

Quid cauſę quod gratia, & gloria nulli creaturæ connaturales eſſe queant? ſuppoſito quod tam infuſio gratiæ, quàm creatio animę rationalis ex parte agentis æque ſupernaturales ſint, cur homo ad infuſionem animæ poſſit naturaliter, diſpoſitionem neceſſitatem adducere, ad infuſionem gratiæ nequaquam?

Faber nititur ſoluere duas rationes Mariales.

PRoſequitur Faber ſua dicteria, & nititur ſoluere duas rationes, quib. Mariales probat actus ſupernaturales, ſupernaturales eſſe nedũ ex parte agẽtis, verùm & cõparatione potẽtiæ receptiuę, quia. ſ. ad illos nõ inclinatur; rationes Mariales ſũt hę. Gratia, & gloria nequeũt eſſe cõnaturales alicui creaturę, ergo ſignũ eſt illas eſſe ſupernaturales cõparatione creaturæ, & non tm̃ ratione agẽtis ſupernaturalis à quibus producũtur. itẽ homo nequit ſe naturaliter diſponere ad gratiã, bene verò poteſt adhibere diſpoſitionem neceſſitãtem ad infuſionem aiæ rationalis, ergò ſignum eſt infuſionem gratię eſſe ſupernaturalem nedum ratione agentis vt eſt infuſio animæ ſecundum Scotiſtas, verum & reſpectu creaturæ. Ad primum reſpõdeo, inquit Faber: actus dici ſupernaturales: quia in natura nõ eſt uis actiua ad illos producendos, nõ autem, quia reſpectu inclinationis potentię naturales non ſint. Ad ſecundũ ait, non eſt par ratio de productione aię rationalis, & alijs actibus ſupernaturalibus; quia diuerſo modo diſpoſuit Deus de hac, & de illis, vt dictum eſt; quod ſi tales actus ſupernaturales perficiant animam ſupernaturaliter, hoc ideo eſt, quia dant animę perfectionẽ, quam agens naturale dare non poteſt, & ſic ratione agentis ſupernaturales ſunt non ratione ſubiecti.

Reſpõſio Fabri ad 1. Rationem Mariales repellitur.

Dic mihi quęſo acute Faber, quid cauſæ, quod cum Mariales controu. 8. cap. vlt. & deinceps innumeras rationes afferat, & dicat (omne dicibile in hoc propoſito, tum ad diſſipandas tuas chimeras, tum ad propugnandas Thomiſtarum rationes, tum ad confirmandam veritatem catholicam à ſummis Põtificibus diffinitam contra Michaelem Baium; nimirũ dari aliquos actus per ſe ſupernaturales cõparatione potentiæ receptiuæ, vt paulo ſuperius relatum eſt) tu duas tantum adducis, relictis alijs, quæ fortaſſe vrgentiores erãt, forte ne tacendo ſubintelligi vis, te cõfirmare quæ Mariales ſcripſit? quis te docuit nouũ hoc apolizãdi genus? Sed videamus, & aduerſus eas quas adducis, quanto acumine te extrices. Reſpõſio, quam adhibes ad primam rationẽ Mariales, petit principiũ, namq; ſi gratia, & gloria eſſent connaturales alicui creaturæ, proficiſcerẽtur ab ea, vt radij connaturales ſoli, proficiſcũtur à natura ſolari, ergo dicere gratiã & gloriam non poſſe eſſe connaturales alicui creaturæ, quia in natura non eſt vis actiua potens eas producere, eſt dicere, illas non poſſe emanare à creatura, quia à creatura emanare nõ poſſunt, quod eſt probare idem per idem, & aſſumere vt principium quòd in controuerſiã vocatur, hoc. n. eſt quod quæritur, cur in natura non ſit aliqua vis actiua, à qua gratia, & gloria produci poſſint, & habẽti illam uim, eſſe cõnaturales? Thomiſtæ reſpondent hoc eſſe, quia excedunt omnem naturæ capacitatẽ, & inclinationem, & ſunt ordinis diuini tranſcendẽtis omnem ordinem naturalem; tu autem Faber recurris ad illuſtrem principij petitionẽ, quę relata eſt, Vnde &c.

Reſponſio ad 2. Rationem Mariale, repellitur.

Similiter & reſponſio adhibitã ad 2. Marialis rationẽ inanis eſt: diſcurſus .n. Marialis eſt huiuſmodi, gratiæ infuſio, & creatio aię rationalis ſecũdũ Sco-

tiſtas

tiſtas ſunt æque naturales reſpectu ſubiecti & ſupernaturales rõne agentis, ergo vel ad vtramque vel ad neutram poteſt homo naturaliter diſpoſitionem neceſſitantem adducere, hæreticum eſt dicere hominem naturaliter ſe diſponere ad gratiam, ad infuſionem autem animæ rationalis omnes conſentiunt hominem adhibere diſpoſitionem neceſſitantem, propter quod dicitur in omni rigore, quod homo generat hominem, ergo ſignum eſt gratiam eſſe plus ſupernaturalem, creatione animæ: exceſſus autem hic non apparet in quo alio conſiſtat, niſi quod ſupernaturalis, eſt nedũ ratione agentis vt Faber dicit, verum & reſpectu ſubiecti in quo recipitur, vt Thomiſtæ docent, oppoſitor autem videns nodi inextricabilitatem, inſtar Aquilę aduolat ad impenetrabiles Dei abiſſus, peruagatur per inacceſſibilia Dei conſilia atque decreta, & profert hanc dignam Fabro ſententiam. Quamuis, inquit, gratiæ infuſio, & animæ creatio ſint æque ſupnaturales ratione agẽtis, & ęque naturales reſpectu ſubiecti, tamen homo poteſt naturaliter ad infuſionem animæ neceſſitantem diſpoſitionem adducere, ad infuſionem gratiæ non item, quia Deus ſic diſpoſuit. Quid tibi videtur lector de hac admirabili diſparitatis ratione reddita? Aboleas D. Aug. tuum proloquium. In iudicandis rebus non quid Deus poſſit diſponere ſed quid rerum natura exigat expendendum eſt.. Deleas Ariſt. documentum poſterioriſticum, quod tradidiſti: Res iudicandę ſunt, ſecundum cauſas proximas non ſecundum remotas, & præſertim ſecundum cauſam vniuerſaliſſimam, quæ eſt primum mouens. Non pronoſticentur amplius Medici infirmitatem aliquam incurabilem, quando in rerum vniuerſitate eſt Deus glorioſus, cuius virtute nullus eſt languor, qui curari non poſſit.

Refellitur reſponſio data ſecundę ratio ni Mariales.

D. Auguſt.

Ariſt.

Non vides Academiarũ Decus, hoc eſſe fugere nõ ſoluere difficultates oẽs? ſi gratiæ infuſio, & creatio aĩæ reſpectu ſubiecti ęque naturales ſunt vt tu dicis, ergo ſunt illi ęquæ debitæ; vnicuiq; .n. rei debetur propria perfectio naturalis. Aquilæ debetur roſtrum, lumen ſoli, Fabro incus & maleus & ſic de alijs. Imo cum gratia ſit maior perfectio, eſſet magis debita, ergo ſtante omnimoda æqualitate reſpectu ſubiecti qũo ſubiectum poterit naturaliter diſponi ad vnam perfectionem naturaliter debitam, & ad aliam non? maximè cum Deus indifferenter reſpectu cuiuslibet formæ ſit non indigẽs ſubiecto prædiſpoſito, & diſpoſitio ſe teneat ex parte ſubiecti (æque ſecundum aduerſarium inclinati ad perfectiones naturales qualeſcunque, cur ad formam naturaliter debitam, naturalis inclinatio ſubiecti ſufficiens diſpoſitio eſſe, vel acceptari non poterit? quis non rideat, audiẽs gratiam (quæ ex vocabulo ipſo gratiæ, debitum excludit) afferi perfectionem naturalem animæ, ſubinde naturaliter illi debitam ob motiuum vt ſupra? vide exploſam hanc ſtultitiam eleganter à Mariales cont. 11. cap. 2. ratione 3. Cum demum ſubiungitur, actus ſuper naturales perficere ſubiectum ſupernaturaliter, non quia in ſe ipſis ſupernaturales ſint, ſed quia dant ſubiecto perfectionem, quam agens naturale dare nõ poteſt, vide exploſam hanc fugam à Mariales cont. 8. c. vlt. contra cuius dicta replicare debebat Faber, ſi qd quod replicaret habebat, dic mihi amice, cur gratia dat animæ perfectionem, quam agens naturale dare non poteſt? certè, quia gratia entitatiue eſt ordinis diuini ſupernaturalis & cõfert eſſe Diuinum, & ſupernaturale, anima enim per gratiam euadit ordinis Diuini, & ſupernaturalis, iuxta illud, Diuinæ facti conſortes naturæ, & illud ego dixi Dij eſtis, & filij excelſi oẽs, ergo qa gratia ſupernaturalis eſt, ideo ab agente naturali produci non poteſt, & non quia ab agente naturali produci non poteſt, ideo ſupernaturalis dicẽda eſt, vt tu cõtra omnem philoſophiam arguens dicis: vltra alia, quæ in hoc propoſito dicta ſunt, & ita &c.

Quid

Quid ſoliditatis habeat illud Thomiſtarum pronunciatum, appetitus naturalis per ſe primo terminatur ad beatitudinem in communi, & ſecundario ad beatitudinem in ſpeciali?

PErgit vlterius Faber, & nititur demolliri illud fundamentum Thomiſtarum, nimirum, non dari inclinationem naturalem ad viſionem beatã, appetitus naturalis per ſe primo terminatur ad bonum, & ad beatitudinem in communi, non ad bona, & beatitudinem hanc vel illam in ſpeciali, niſi implicite, remote & ſecundario. Hoc fundamentum, inquit, eſſe ruinoſum, eſt adeo clarum, vt nihil magis, quod conuincitur ratione Scoti ſic.

Faber obiectio. Appetitus realis nõ poteſt quietari niſi in obiecto reali, appetitus beatitudinis, eſt appetitus realis, ergo nõ poteſt ſatiari, niſi in beatitudine reali, at beatitudo in communi per ſe, & ſeiuncta à particulari, non eſt obiectum reale, ſed ens rationis, ergo non poteſt quietare realiter ipſum appetitum realem animæ. Omnes propoſitiones primi ſyllogiſmi patent, aſſumptum autẽ in ſubſyllogiſmo, quod, ſ. beatitudo in cõmuni ſeparata à ſingularibus, non ſit obiectum reale, ſed ens rationis, probatur. Nam commune in ſe, vt animal ſeiunctum à particularibus, nõ eſt quid reale, ſed ſolum quatenus exiſtit in ſingularibus, animalitas .n. ſeiuncta à ſpeciebus, & indiuiduis, non reperitur in rerum natura, ſed ſolum in ſingularibus, cum quibus eſt idem realiter, proinde ſicut animal in communi ſeiunctum à particularibus non poteſt eſſe terminus alicuius actionis, nec efficere aliquam operationem, ſic nec beatitudo in communi ſeparata à beatitudine in particulari poteſt eſſe terminus realis appetitus beatitudinis, neq; ſatiare realiter appetitum beatitudinis, quia talis beatitudo per ſe in communi, ſeiuncta à particularibus, non datur in rerum natura, ſed tantum per operationem intellectus, & hæc ratio inquit eſt euidentiſſima.

Solutio. Solutio. Qui deſiderat videre protrita, & comminuta omnia, quæ Faber nũc ſcribit, legat Mariales con. 11. cap. 4. per totum. Nota quod Faber nunc refert aliqua Mariales dicta, & nititur ea diſſoluere, tamen prætermittit fortiora, quæ ibi leguntur, & adducit tantũ ea à quibus ſperauit ſe poſſe apparẽtius effugere. Verum & ab his quæ adducit quam friuole ſe expediat videamus; Nõ dicunt Thomiſtæ appetitum expleri poſſe in beatitudine in cõmuni, vt tu Faber illis imponis, ſed dicunt appetitum appetere naturaliter beatitudinem in communi, beatitudinẽ autem in ſpeciali non, ob rationes, quas lege apud Mariales, ad quas Faber nihil reſpondet, neq; eſt idem iuditium de appetere, & de ſatiari, experientia .n. teſtatur nos appetere, quæ non habemus; & aliquando quæ in natura nõ ſunt, immo & quæ implicat eſſe, vt cũ quis vellet ſe non peccaſſe, vel eſſe Angelum, ſatiatur autem nemo niſi in bono præſenti obiecto, & determinato, ergo perperam confundis Faber appetitionẽ, & ſatietatẽ appetitus, pro vno, & eodẽ, & imponis Thomiſtis, id qđ nec ſomniarunt: in forma ergo concedo, totum ſyllogiſmum in quo ſemper agis de ſatietate, & quietatione appetitus. Ceterum cum vltimate infers beatitudinem in communi non poſſe eſſe terminum realis appetitionis beatitudinis, iam tranſis à quietatione, & ſatietate appetitus, de qua ſola in præmiſſis agebas, ad appetitionem, & deſiderium beatitudinis, quæ eſt fallacia manifeſta, vt patet vltra multa falſa quæ interſeris ſtati referẽda ideo, &c.

Interſeris poſtea, & ſupponis o Faber hæc omnia falſa. primum dicis beatitudinem in communi ſeiunctã à particularibus, non eſſe obiectũ reale, ſed ens rationis: hoc dictum oſtendit Mariales multis cõt. 11. cap. 4. eſſe falſiſſimum, nunc vnum breue motiuum ſufficiat: obiecta ſcientiarum realium ſũt vniuerſalia, & tamen ſunt realia (ſecus omnes ſcientiæ eſſent de entibus rationis, quod eſt ridiculum) ergo & beatitudo in communi poteſt eſſe obiectũ 4. Falſitates in diſcurſu Fabri.

1. Falſitas. reale contra Fabrum, deinde probas beatitudinem in cõmuni non eſſe obiectum reale, ſed ens rationis, quia com- 2. Falſitas. mune, vt animal abſtractum à particularibus, nõ eſt quid reale, ſed ſolum vt exiſtit in particularibus. non vides quàm doctè quod petebas idem per idẽ, & petis principium, & facis tranſitum à realitate eſſentiæ (in qua non vniuerſalia à particularibus, ſed particularia ab vniuerſalibus dependent) ad realitatẽ exiſtentiæ quam vniuerſalia non habent niſi in ſingularibus? ſanè idem eſt iudicium, & eadem quæſtio de beatitudine in cõmuni, & de animali abſtracto à particularibus, an ſint entia realia vel non, & tu probas vnum eſſe ens rationis, quia & aliud ens rationis eſt? poterat eſſe glorioſior principij petitio? 3. Falſitas. adiungis animal in communi abſtractum à particularibus, non poſſe eſſe terminum alicuius actionis; quis non rideat hæc audiens? nunquid non intellectus non eſt vniuerſalium? nunquid non omnes ſcientiæ ad obiecta vniuerſalia non terminantur?

Ariſtotele, & Platone prohibentibus deſcenſum ad ſingularia, quomodo ergo dicis tu ingeniorum flos, animal in communi non poſſe eſſe terminum alicuius actionis? adiungis beatitudinem 4. Falſitas. in communi ſeparatam à beatitudine in particulari, nõ poſſe eſſe terminum realis appetitionis: percunctor contendis ne forſam Thomiſtas aſſerere hominem appetere beatitudinem vniuerſalem abſtractam à beatitudinibus particularibus? ſi hoc contendis in errore es; Thomiſtæ n. id non tenent, ſed tenent hominem appetere beatitudinẽ particularem, non particulariter, ſed vniuerſaliter vt declarat Mariales cõt. 31. capit. 2. in examine ſextæ rationis & latius cont. 44. cap. 1. ſi autẽ id non contendis, quorſum de beatitudine vniuerſali abſtracta à particularibus, contra neminem, ab te ſermonẽ contexis? Quid tibi videtur lector? nonne iure gloriatur Faber ſuũ diſcurſũ eſſe euidentiſſimũ, euidentiſſimeq; oſtẽdere Thomiſtarum fundamentum ruinoſum?

An obiectum in vniuerſali ens reale dicendum ſit an potius ens rationis?

AD nititur Faber communire ſuũ aſſertũ, quod. ſ. beatitudo in cõmuni ſit ens rationis, quia in vniuerſali non eſt obiectum reale, ſed ſolũ quatenus eſt in particularibus. Et Mariali reclamanti, reſpondet hũc in modũ impugnat, inquit, Mariales hoc, ex eo, quod obiecta ſcientiarum ſunt vniuerſalia, & tamen ſunt realia, & ſimiliter animal genus, eſt aliquid reale; ſed nõ intellexit mentem Fabri non dicit Fa- Fabri obiectio. ber, quod vniuerſale abſolute ſit ens rationis (ſuſtinet .n. cũ Scoto dari à parte rei naturam communem diſtinctã à ſingularibus, quæ eſt ens reale, & contrahitur ad ſingularia per differentias indiuiduales, & ſpecificas, & proinde ſcientias reales eſſe reales, quia vniuerſalia conſiderata ab illis ſunt entia realia) ſed dicit quod vniuerſale, & commune, vt natura generica ſeiuncta à ſingularibus, non eſt ens reale exiſtens in rerum natura, quia eſſet Idea Platonis, ſed habet exiſtentiam realem ſolum in ſingularibus, extra ſingularia autẽ habet eſſe ſolum per operationem intellectus, ideo quatenus eſt ſeiuncta à ſingularibus, eſt ens rationis, quod ipſum concedit, & Mariales, ergo rectè concluditur quod beatitudo in communi vt exiſtit, ſeparata à ſingularibus, non eſt ens reale exiſtens, ſed ens rationis, & conſequenter non poteſt, vt ſic realiter ſatiare, & quietare appetitũ realẽ.

Sol. Proferam in medium verba Fa- Solutio. bri impugnata à Mariales, & ex eis facile erit proſpicere, vter illorum reprehenſione dignus ſit, verba Fabri ſunt hæc in prologo diſput. 8. cap. 3. num. 14. Ad tertium, inquit. Reſpondetur in vniuerſali non eſſe obiectum reale, quia vniuerſale ſeiunctum à ſingularibus non eſt ens reale, ſed ſolum quatenus iunctum eſt ſingularibus, appetitus autem beatitudinis cum ſit ad aliquid reale, neceſſe eſt quod ſit ad obiectum reale, & in particulari; cernis ne bone lector in his verbis limitationem aut reſtrictionem aliquam? negari ne

poteſt

poteſt hunc eſſe abſolutum loquendi modum? (licet Faber non appoſuerit hoc vocabulum abſolute) adagium au tem eſt ſermones abſolutè prolatos, abſolutè intelligēdos eſſe, abſolutè autem præfata locutio (in vniuerſali non eſt obiectum reale) falſa eſt vt Faber cō fitetur; Vnde eam nūc reſtringit vt relatum eſt, ergo iure talem abſolutū loquendi modū, Mariales refellit, & dicit, quod cū in vniuerſali duo ſint nem pe intentio vniuerſalitatis, & natura vniuerſalitati ſubiecta, & hæc habeat eſſentiam, & exiſtentiam; quoad intentionem, vniuerſale eſt ens rationis, quo ad naturam vniuerſalitati ſubiectā eſt ens reale, quoad exiſtentiā non eſt ens reale, niſi in particularibus, idcirco vel abſolutè cōcedendum non eſt, obiectū in vniuerſali eſſe ens rationis vt Faber fecit, ſed diſtinguendum eſt vt ſupra, vel ſi abſolutè alterum horum aſſerendum eſt, potius cōcedendum eſt, quod ſit ens reale, quam quod ens rationis, quia vnumquodq; denominatur à nobiliori, & meliori quod habet. Vnde & obiecta ſcientiarum realium, abſolutè realia vocantur, non obſtāte quod ſolum in ſingularibus realiter exiſtāt, quod ſi poſtea Faber inſpectis controuerſijs Mariales, Doctior factus, nunc palinodiam canit, & reſtringit ſuum aſſertum, quod quando ait in vniuerſali non eſſe obiectum reale, ſed ſolum in ſingularibus, intelligit quantum ad exiſtentiam, & non abſolutè quantum ad omnia, non inficior, reſtrictio bona eſt & reducit eius aſſertum ad bonum ſenſum.

Faber Canit palinodiam.

Fabri effugium repellitur.

Cæterum non liberat illum, quia iuſtè reprehenſus fuerit à Mariales vbi ſupra, ſed tunc ſecundum talem reſtrictionē petit principium, arguit enim à ſecundum quid ad ſimpliciter, & ab vno modo realitatis ad omnes modos realitatis, quæ ſingula ſunt abſurda vt conſtat, patet nam ſecundum hāc explicationem eius diſcurſus eſſet huiuſmodi. In vniuerſali non eſt obiectū reale exiſtenter, ſed ſolum in particularibus, ergo appetitus beatitudinis realis cùm ſit, ad obiectum reale exiſtē ter terminari debet, ergo debet eſſe ad beatitudinem in particulari, & non in vniuerſali, modo antecedēs eſt verum, ſed prima conſequentia eſt falſa & petens principium, quia hoc eſt quod hic diſputatur, an appetitus realis poſſit eſſe ad obiectum vniuerſale reale, quidditatiuè, & non exiſtenter, tu autē deducis, vt euidens quod ſi appetitus realis eſt, debeat eſſe ad obiectū reale necdum quidditatiuè verum, & exiſtēter, quæ eſt petitio principij manifeſta; ſimiliter, ſecunda conſequētia facit tranſitum ab obiecto reali quidditatiuè, ad obiectum reale quidditatiuè, & exiſtē ter ſimul, ex eo nam quod beatitudo in communi non eſt realis exiſtenter, infert abſolutè illam non eſſe ens reale, ſed rationis; quaſi inter ens reale exiſtenter, & ens rationis, nō daretur medium; nēpe ens reale quidditatiuè duntaxat, quo pacto realia ſūt omnia obiecta ſcientiarum realium, & realis eſſe poteſt beatitudo in communi, proinde terminare appetitū intellectiuū illius. Iam tandem veritate compulſus fateris Faber obiecta ſciētiarum realium eſſe vniuerſalia, & tamen realia, ergo non poteras in ſententijs abſolutè enunciare vt feciſti, in vniuerſali non eſſe obiectum reale, ſed ſolū in particularibus, & quod plus vrget, tibi ipſi contradicis, paulo. n. ſuperius, ſæpius inculcaſti contra Mariales, appetitum non poſſe eſſe ad beatitudinem in cōmuni, quia obiectum in cōmuni, vt animal abſtractum à particularibus (verba tua formalia) nequit eſſe terminus alicuius actionis, quæro abs te, obiecta vniuerſalia ſcientiarum realium terminant ne actionem illarum an non? ſi non, quomodo ergo ſunt obiecta, cum eſſe obiectum, non ſit niſi ſcientiæ cōſiderationem terminare? ſi ſic, quomodo ergo negas obiectum vniuerſale à particularibus abſtractum, actionem vllam terminare poſſe? certe nec Alexandri gladius, nedum nō malleus Fabri hunc nodum diſſoluet, tandem inutiliter concludis Faber Beatitudinem in com

Repellitur. 2.

Contradict. 10. in Fabr.

Repellitur. 3.

muni à particularibus abſtractam, appetitum quietare, ac explere nõ poſſe; etenim vt iam notaui, Thomiſtæ volũt appetitum appetere naturaliter beatitudinem in communi, non autẽ in beatitudine in communi ſatiari, quia ſatietas ſupponit poſſeſſionem, quæ non eſt niſi rei exiſtentis ſingularis, & determinatæ, deſiderium autem poteſt eſſe & rei exiſtentis & non exiſtẽtis, & poſſibilis, & impoſſibilis, & particularis (ſi ſit deſiderium partis ſenſitiuæ) & rei vniuerſalis ſi ſit deſiderium (pertinens ad partem intellectiuam, quale eſt deſiderium beatitudinis) vnde &c.

An appetitus realis tendere poſſit in obiectum vniuerſale ſeorſim à particularibus.

PErgit Faber vlterius. At obſtinate, inquit, contendit Mariales appetitum realem poſſe tẽdere in obiectum commune, non tendendo in particulare, atque in illo ſatiari, ſed contra proteruiam, ait, exẽplo valde ſenſato opus
2. Obiectio.
Fabri.
eſt, vt rem percipiat ſi fieri poteſt. Guſtus appetit vinum realiter, ergo poterit ſatiari in vino in genere, & in communi, vt eſt ſeparatum ab exiſtentia in particularibus vinis, & poterit quieſcere non guſtando aliquod vinum particulare, ſed guſtando vinum in communi, & in genere, quod abſonat; Deinde nonne eſt commune axioma; Ariſtot.
3. Obiectio. operationes eſſe circa particularia? ſed fruitio, & actus appetitus eſt operatio, ergo eſt circa ſingularia, non circa vniuerſalia abſtracta, & ſeiuncta à ſingularibus, fatearis ergo bone Moriales, appetitum realem ad beatitudinem per operationẽ ſuã realẽ verſari circa beatitudinem particularem. ſ. circa obiectũ beatificum in particulari; & licet appetat beatitudinem in communi, non appetere ipſam in communi præciſe, ſed appetere ipsã vt eſt in particulari obiecto, digreditur hic Faber vt hoc probet exẽplis, ſed ex dicendis omnia corruũt ideo ea non reffero.

Ad primũ. 1. Reſp. Solutio Nimius affectus ad proprias chimeras in quot & quæ diſparata aliquando homines deducit; primum falſo imponis Mariali, quod vellit appetitum ſatiari in bono vniuerſali: non dicit hoc Moriales, ſed dicit appetitũ appetere beatitudinem in vniuerſali, & ſatiari in beatitudine particulari, ob rationes proximè adductas: deinde dicis 2. Reſp.
contra proteruiam eſſe opus exemplo valde ſenſato; & affers exẽplum adeo diſtortũ, vt certe nec inſenſatus illudat tuliſſet. Mariales. n. docet appetitũ partis intellectiuæ verſari circa bonũ vniuerſale, appetitũ partis ſẽſitiuæ verſari circa bonũ particulare, & appetitũ beatitudinis eſſe appetitũ partis intellectiuæ; tu nũc vt hoc infringas, affers inſtãtiã de appetitu vini pertinente ad partẽ ſenſitiuã? & vbi Mariales loquitur de deſiderio, tu inſtas de ſatietate? interque, eſt latiſſimum interuallum, vt predeclaratum eſt? nõne accõmodatiſſimum tuũ exemplum proteruũ cõuincit? Ah Faber, vbi agitur de appetitu excelſæ beatitudinis, contraponis vilẽ appetitum vini, & inter pocula ludis?

Adducis poſtea Ariſtotelis axioma (operationes ſunt circa ſingularia) in- Ad ſecudũ. 1. Reſp.
deque colligis fruitionem, & appetitionem, operationes cum ſint, circa ſingularia eſſe debere. Non cernis ſimplex hunc diſcurſum, ſi efficax eſt, totã philoſophiam, imo tui ipſius dicta funditus euertere? intellectus ſecundum Ariſtotelem eſt vniuerſalium, ſenſus particularium, ſcientiæ reales (vt paulo ſuperius tu ipſe conceſſiſti) verſantur circa obiectã vniuerſalia, & tamen conſiderationes tum intellectus, tum ſcientiarum realium, operationes ſunt, ergo vel non eſt verum abſolutè, omnes operationes eſſe circa ſingularia: (& ſic abſte adduxiſti Ariſtotelis axioma) vel ſi omnes circa ſingularia ſunt, nec intellectus, nec ſcientiæ reales circa vniuerſalia verſantur (& ſic corruit dogma Ariſtotelicum intellectus eſt vniuerſalium, ſenſus particularium) corruit & tuum ennunciatum ſuperius (ſcientiæ reales circa vniuerſalia verſantur) indeq; ſumma cum laude tibi ipſi contradicis. Item quãdo Ariſtot. dicit, operationes eſſe circa ſingularia, loquitur 2. Reſp.

inde-

indefinitè vt patet, nunc peto abs te, aut aſſumis illud axioma indefinitè, aut vniuerſaliter, ſi vniuerſaliter, falsò, & contra Ariſtotelis mentem illo vteris, operationes .n. partis intellectiuæ ſecundum Ariſtotelem, & teipſum circa vniuerſalia verſatur, ſi aſſumis illud indiffinitè, committis egregiam æquiuocationē ab indefinita quaſi vniuerſali arguens ad particularia, & cum indefinita habeat modum particularis, arguis à puris particularibus, quod eſt prohibitum vt patet.

3. Suſp. Itē illud axioma (operationes ſunt circa ſingularia) intelligitur de operationibus tranſeuntibus, & partis ſenſitiuæ, quæ ſecundum Ariſtotelem circa ſingularia verſatur, non autem de operationibus immanentibus partis intellectiuæ, quę verſatur circa vniuerſalia, & quando dicitur operationes ſunt ſingularium intelligitur effectiuè, quia .ſ. ſolis ſingularibus ſubſiſtentibus conuenit fieri eſſe & operari, & non intelligitur obiectiuè (quaſi .ſ. ſolum circa ſingularia omnis operatio verſetur) tu autem contra communem intelligētiam extendis illud ad actiones qualeſcunque & ab obiecto tranſis ad efficiens.

4. Suſp. Item Mariales vult cum alijs Thomiſtis hominem appetere naturaliter beatitudinem in communi, ita vt nequeas eam reſpuere, & dicit hanc impotentiam reſpuēdi, exerceri circa beatitudinem in communi, ideſt circa rationem beatitudinis (quæ eſt eſſe omne bonum) & non circa beatitudinem particularem, ideſt circa materiam in qua beatitudo poſita eſt; quia non euidenter conſtat, quā in re beatitudo determinata ſit, propter quod varij varijs in rebus eam conſtituerunt, vbi beatitudinis nomine omnes norunt, & intelligunt omne bonum, de quo Mariales controu. 42. tu autem, vt hanc veritatem impugnes, recurris ad guſtum vini, ad viſiones colorum, & ad alia impertinentia, & concludis appetitū maximè appetere & ſatiari in obiecto, in quo vera beatitudo conſiſtit, & preter mittis id, à quo totum negotium pendet (nimirū) euidentiam, vt .n. aliquid naturaliter appetatur, vt ſubiectū beatitudinis, debet conſtare appetenti euidenter beatitudinem in illo ſitam eſſe, obiectum .n. appetitus eſt bonum cognitū unde pro cognitionis varietate varij appetitionis gradus conſurgunt; viatorib. aūt de quib. nunc eſt ſermo; non euidenter conſtat, qua in re vera beatitudo, ſita ſit, bene vero oēs norunt beatitudinem eſſe omne bonum; ideo beatitudinem ſecundū ſe omnes appetunt, & nemo reſpuere eam poteſt, iuxta illud D. Auguſtini, beati ſic eſſe volumus, vt miſeri eſſe nec velimus, nec velle poſſimus, ſubiectum aūtē in quo beatitudo ſita eſt nō omnes appetunt; ſed vnus in vna re alius in alia eam deſiderat, & quod plus vrget Chriſtiani ipſi (quibus per fidem certum eſt, verā beatitudinem in Dei viſione poſitam eſſe) quia de hoc euidentiam non habent multi eam reſpuunt, ſenſibilia ei preferentes, tu autem Faber hanc euidentiam à qua omnia dependent, pretermittis in tuo diſcurſu? Horribilem Thomiſtarum malesum. D. Auguſt.

Quando thomiſtæ dicunt hominem appetere naturaliter beatitudinem in communi quomodo id intelligant?

PRoſequitur Faber ſua dicteria, ex his, inquit, patet vanam eſſe diſtinctionem Caietani quod .ſ. quādo Thomiſtæ dicunt hominem appetere beatitudinem in communi, non intelligūt, quod appetat beatitudinem in vniuerſali, ſed vniuerſaliter, & indeterminatè, vbicumque re vera illa ſit: at ſubinfero (ait) ego vera beatitudo quæ vere ſatiat appetitum noſtrum; eſt uiſio clara obiecti infiniti, ita quod obiectū formale eſt intellectio, & fruitio, obiectum materiale eſt Deus. ergo beatitudo ſingularis, quam appetit homo eſt determinata, non indeterminata, & homo appetit beatitudinem non vniuerſalem, nec vniuerſaliter, ſed ſingularē, & determinatam, & licet illam non cognoſcat, nihil refert, quia appetitus naturalis eſt pondus naturæ præcedens cognitionem, vnde guſtus appetit ma- 1. Obiectio. Fabri.

xime

ximè vinum, licet ignoret quid ſit, vnde videmus quod appetitus noſter nõ ſatiatur aliquo bono creato, nec cognitione ſubſtantiarum abſtractarũ, (etiã Dei, quã habet pro hoc ſtatu vt eſt author naturæ, quam tamen Mariales dicit eſſe finem naturalem intellectus humani) ſed certe ſi hic eſſet terminus appetitus naturalis hominis, quieſceret; & nihil amplius appeteret; quia nondum eſt eleuatus habitibus ſupernaturalibus, quibus per aduerſarios redditur habilis appetere beatitudinem ſupernaturalem; & tamen videmus experiẽtia ipſa oppoſitum, & hoc negare proteruiæ eſt. (neque obſtat, ait, quod intellectus ſit vniuerſalium, & appetitus ſequatur apprehenſionem, & 2. Rethor. Ariſtot. dicat odium eſſe ad genus, irã ad ſingularia, & Scotus velit viſionem beatam per Diuinam omnipotentiam terminari poſſe ad eſſentiam ſine perſonis, cum quibus identificatur (vbi indicat etiam appetitum poſſe terminari ad vniuerſale, & non ad ſingularia cum quibus identificatur) non obſtat inquam nam proprium eſt intellectus verſari circa vniuerſalia abſtracta, appetitus autem realis proprium eſt operari & ſatiari obiecto realiter exiſtente, cuiuſmodi ſunt ſolum ſingularia, & licet appetitus ſequatur apprehenſionem, & moueatur ab vniuerſali conceptu, non tamẽ ſiſtit in vniuerſali, ſed ſemper tendit in particulare; & hoc vult Ariſt. cum dicit Odium eſſe circa vniuerſale, vt circa furem in communi, nõ .n. ſiſtit in vniuerſali, ſed odit vniuerſale propter particularia; & in particularibus, quatenus ſunt fures, motiuũ autem de Diuina eſſentia non eſt ad rem quia eſſentia eſt per ſe exiſtens, & ſingularis, non vniuerſale quoddam, vt genus creatum, & Scotus loquitur de potentia Dei abſoluta, non de ordinaria nec de facto.)

8. Obiectio.

7. Effugium Thomiſtarũ exploditur.

Ad primũ. 2. Reſp.

Sol. quis mihi dabit calamum Fabrilem vt argutijs tam ſublimibus pro dignitate reſpondeam? remiſſo lectore ad dicta Mariales in hoc propoſito cõtro. 22. cap. 2. rat. 6. & contr. 44. in examin. primæ rationis Scoti breuiter excurram ſingula Fabri dicta. Primum ſatis improprie loqueris amice; quamuis .n. beatitudo, & fruitio appellẽtur beatitudo formalis, tamen non eſt adhuc auditũ in Scholis, quod ipſę ſint obiectum formale, ſed quod ſunt operationes quibus obiectum formale .ſ. omne bonum in tali re .ſ. in Deo attingitur, tu autem confundens actum cum obiecto, tranſis ab obiecto materiali, quod eſt Deus, ad actum qui eſt viſio, & fruitio, obiectum autem formale, de quo eſt difficultas .ſ. omne bonum, ſilẽtio inuoluis; Deinde cõmittis egregiã æquiuocationem à ratione formali determinata beatitudinis, ad materiam determinatam beatitudinis; verum eſt rationem beatitudinis eſſe determinatam, omnes .n. beatitudinis nomine intelligunt hoc determinatũ .ſ. omne bonum ſatiatiuum appetitus quam rationem determinatam omnes appetunt, cum appetunt eſſe felices, cęterum res in qua omne bonum conſtitutum eſt, non eſt determinata ex natura rei, vel ſaltem non euidenter conſtat, qua in re determinatè ſit, fides docet talem rẽ eſſe viſionẽ Dei, Philoſophi alij eſſe ſciẽtiam, alij voluptatem &c. palam quoque eſt Deum libere, & non neceſſario nos ad eius viſionem ſupernaturalem ordinaſſe, nec conſtat hoc nobis euidenter (quæ tamen euidentia neceſſaria eſt vt Paulo ſuperius probatum eſt, ad appetẽdum aliquid neceſſario, & naturaliter) cõſtat inquã rationẽ beatitudinis eſſe determinatam, materia autem in qua beatitudo ſita eſt, eſt indeterminata tũ ex natura rei, tũ ex parte appetẽtium; tu autẽ Faber ex eo, quod Deus pro ſua libertate beatitudinem noſtrã in viſione ſui determinauit, & nos appetimus certam, & determinatam rationem beatitudinis vt ſupra, infers quod appetimus illam in materia determinata .ſ. in Deo; quæ eſt fallacia manifeſta, à ratione determinata beatitudinis ad materiam determinatam beatitudinis, veluti ſi argueretur, appeto determinatè dulcedinem, ergo appeto dulcedinẽ deter-

2. Reſp.

deter-

determinatam in melle ideo.

3. Reſp. Item hic diſputatur de appetitu beatitudinis, ad quem requiritur nedum obiectum, verum, & cognitio obiecti, iuxta illud, obiectum appetitus eſt bonum cognitum; quamuis autem vera beatitudo ex natura rei eſſet determinata ad claram Dei viſionẽ, tamen hoc non conſtat euidenter viatoribus, uti cõſtat euidenter beatitudinem eſſe omne bonum, ideo cum euidẽtia ad ſit circa rationem beatitudinis, non autem circa materiam beatitudinis, mirum non eſt ſi beatitudinem ſecundum ſe naturaliter appetamus, reſpuereq; nequeamus, materiam autem beatitudinis, ſ. Deum, vel Dei viſionem, quãtumlibet à parte rei vera beatitudo in ea conſiſtat, naturaliter non appetamus, immo multi eam deſpiciant, vt legitur de lucifero, quod ſpreta Dei viſione in ſui ipſius contemplatione cõſiſtere volebat.

4. Reſp. Et cum contra hoc inſtatur, quod ad appetitum naturalem non requiritur cognitio, quia eſt pondus naturæ antecedens omnem cognitionem, & guſtus appetit vinum ignorans quid illud ſit, dico inſtantiam eſſe dignam ſuo authore; naturæ pondus non extenditur ad ſupernaturalia, vt late demonſtrat Mariales cont. 10. & patet ex diffinitione eccleſiæ contra Michaelem Baium ſuperius relata, ideo cũ diſputatur de appetitu ſuper naturalis beatitudinis, ſermo eſt de appetitu elicito, quem conſtat eſſe obiecti cogniti iuxta illud D. Auguſtini in uiſa diligere poſſumus in cognita nequaquam, appetitus autem vini in guſtu, eſt appetitu in elicitus, & eſt pertinens ad partem ſenſitiuam, quæ circa ſingularia verſatur, vbi appetitus gloriæ pertinet ad partem intellectiuam, quæ eſt vniuerſalium ergo ab re adducis Faber, & falſo fundamẽto innixa omnia quę adducis,

Ad ſecũdũ. Cum ſubiungitur, quod ſi cognitio authoris naturæ, & ſubſtantiarum ſeparatarum habita in hac vita, eſſet finis naturalis hominis, vt Mariales docet, appetitus quieſceret, & nihil amplius appeteret, quia nondum eſſet eleuatus habitibus ſupernaturalibus, quibus ad ſupernaturalia ſtimuletur, quod eſt contra experiẽtiam. Primum in Mariales non habetur, quod cognitio ſubſtantiarum ſeparatarum habita in hac vita ſit fines naturalis intellectus humani, ut Faber illi imponit (qui tamen referre debebat locum in quo Mariales hoc doceat) ſed dicit, quod potuiſſet Deus, ſi voluiſſet, ordinare hominẽ, vt ad finem ultimum, ad contemplationem authoris naturæ, uel ſubſtantiarum ſeparatarũ, & nõ ad uiſionẽ Dei trini, ut eſt uidere cont. 10. cap. 2. ex quo inferri nõ poteſt quod Faber infert ut patet. 1. Reſp.

2. Reſp. Deinde, cum dicis Faber hominem nondum eleuari habitibus ſupernaturalibus ſtimulantibus cum ad gloriam ſupernaturalem: interogo quid intelligis per ly (nondum)? intelligis ne, nondum. i. in hoc ſtatu viæ? an potius nõdũ. i. in principio creationis naturæ humanæ? res grauis eſt, ea explica teipſum, quid eſt iſtud tuum nondum? quoduis diſtorum ſignificet, eſt contra diffinitionem eccleſiæ dicere, hominẽ vel in ſtatu viæ, vel initio creationis non fuiſſe creatũ, cũ habitib. ſupernaturalibus ſtimulantibus illum ad gloriam ſupernaturalem: de ſtatu viæ, res eſt per ſpicua, quotquot in. iuſtificantur per gratiam iuſtificãtur: de creatione etiam habetur diffinitio Concilij Tridentini ſeſſ. 5. talis. Si quis non cõfitetur primum hominem Adã cum mandatum Dei in Paradiſo fuiſſet tranſgreſſus, ſtatim ſantitatem, & iuſtitiam in qua conſtitutus fuerat amiſiſſe, anathema ſit. pro quo ergo (nondum) Faber, periculoſum, & æquiuocum tuum enuntiatum verũ habebit? conſilium meum fac. põdera melius quę ſcribis, alioquin certe triſte aliqd tibi cõtinget: & poſtea hic ſermo eſt de appetitu elicito beatitudinis vt probatum eſt, ad hoc autem vt appetamus beatitudinem ſupernaturalem appetitu elicito neceſſe non eſt vt habeamus habitus ſupernaturales, ſed ſatis eſt ſi nobis notificetur beatitudinẽ ſupernaturalem in Dei viſione poſitam eſſe & quod aſſentiamus id prędicãti, 3. Reſp. 4. Reſp.

quod naturaliter facere poſſumus,mo
do quo explicat Caietanus 1.2.in vlti-
mis quæſtionibus de gratia ergo ab re
& inepte recurris Faber ad habitus ſu-
pernaturales:quod autem appetitus in
4.Reſpõſio. nullo bono creato expleri queat, non
eſt, quia vera beatitudo in Dei viſione
conſiſtat, ſed quia in nulla re creata re
perit totam latitudinem perfectionalẽ
ſui obiecti adequati, quod eſt bonũ in
communi(vbicumque talis latitudo à
parte rei reperiatur, ſiue in Deo, ſiue
alia quacunque in re)de quo Mariales
5.Reſpõſio. cont.12.cap.2.verſus finem. Et cũ addu
citur diſparitas inter intellectũ, & ap-
petitum, quod intellectus eſt vniuerſa
lium, appetitus ſingularium, qua au-
thoritate hoc aſſeritur, eadem & nega
tur,appetitus.n.ſequitur apprehenſio
nem, ideo ſicut apprehẽſio intellectus
eſt vniuerſalis,ita,& appetitio; exple-
tio,tamen appetitus non eſt niſi in par
ticularibus,ob rationes adductas,& cũ
adiungitur, quod appetitus mouetur
6.Reſpõſio. ab obiecto vniuerſali, ſed in vniuerſa-
li non ſiſtit, ſed tranſit ſemper ad par-
ticulare:ergo iam conuenit appetitui
dico ego; verſari etiam circa obiectũ
vniuerſale, quod antea negabas (quo-
modo.n. appetitus ab obiecto vniuer-
ſali mouebitur ſi circa illud operatio-
nem nullam exercet) exercet ergo cir
ca illud actum appetendi, ſic in com-
muni,& poſtea tranſit in illud contra-
ctum in ſingulari, quoad hoc quod eſt
ſatiari in illo,vt Thomiſtæ docent, &
ſic tandem poſt multa, venis illuſtris
7.Reſpõſio. atletha in eandem ſentẽtiam nobiſcũ.
Gloſſa autem quam affers Ariſtot.
contra te militat pro Mariales: Mariá
les.n.per illud Ariſt.teſtimonium,non
contendit niſi probare, appetitum rea
lem poſſe eſſe circa vniuerſalia (quo-
modolibet id contingat ſiue ſiſtẽdo in
eis ſiue non,quod tu negabas vt relatũ
eſt)Gloſſa autem quam nunc adducis
concedit odium eſſe ad genus latronũ
Cõtradictio in Fabro. propter latrones particulares, ergo iã,
concedis appetitum verſari,nedum cir
ca particularia, verum,& circa vniuer-
ſale,quod antea negabas,& ſic tibi ipſi
non conſtas Preterquam quod,appe- 8.R
titus per ſe primo verſari debet circa
aliquod vnum ſibi adæquatum obie-
ctum, & merito illius extendi ad alia,
vt communiter docetur,obiectum au-
tem adæquatum odij latronũ nequit
eſſe aliquis latro particularis (ſecus ad
alios extendi non poſſet) ſed eſt genus
latronum,ſic in communi, vel commu
niter,ergo non genus latronis propter
latrones particulares,ſed ecõtra,latro-
nes particulares propter genus latro-
num, prius oditum, odimus,contra id
quod tu dicis. Demum Gloſſa quã ad-
ducis ad inſtantiam de viſione eſſentię
ſine pſonis eſt ab re; Mariales.n. affert
illam inſtantiam ad probandum con-
tra te,beatitudinem in vniuerſali appe
ti poſſe, non appetitis beatitudinibus
particularibus,eſto cum illis identifice
tur realiter, quia diſtinguitur ab illis 9.Reſpõſio.
formaliter,ob quam diſtinctionem,ap
petitus terminari poteſt ad vnum, &
non ad aliud, vt Scotus dicit de viſio-
ne beata,quod non implicat, eam ter-
minari ad eſſentiã,& non ad perſonas,
cum quibus identificatur, ad hoc autẽ
infringendum, impertinens eſt, quod
eſſentia per ſe ſubſiſtat, & ſit ſingula-
ris vel non; & quod Scotus loquatur
de potentia ordinaria, vel de potentia
abſoluta, vt patet, ideo,&c.

An verum ſit appetitum inclinari per ſe primo, in ſpeciem perfectiorem & participatione illius in alias ſpecies, & Faber ſufficienter reſpondeat ſibi obiectis à Mariales f.

CОnatur deinde Faber propugna-
re illud ſuum pronunciatum; po-
tentia per ſe primo inclinatur in perfe
ctiſſimam ſpeciem, & participatione
illius inclinatur in ſpecies alias,& Ma
riali reclamãti, proprium eſſe generis,
& nõ ſpeciei perfectioris eſſe id cuius
participatione alia appetuntur, expe-
rientia teſtante materiam non tende-
re per ſe primo in animam rationalẽ,
& participatione illius i alias formas;
reſpondet hunc in modum. Mariales,
inquit, adhuc ſtupidus eſt, non dicit
Faber

Faber quod potentia quæ primo inclinatur in perfectiſſimam ſpeciem participatione illius ſpeciei, vt ſpecies eſt inclinetur in alia, vt Mariales accepit.) Nec q ſpecies, vt ſpecies ſit metrū, & menſura omnium, quæ ſunt in illo genere, ſed dicit, quod id habet ratione maioris, & perfectioris continentię generis, perfectior.n. ſpecies perfectiori modo continet genus, vt homo perfectiori modo continet rationem animalis, quam cęteræ ſpecies, vnde animalitas in homine eſt menſura animalitatis in alijs ſpeciebus, per comparationē .n. ad hominem dignoſcitur, quod ſit perfectius, & minus perfectū animal; nō quod rationalitas, quæ eſt ratio ſpecifica hominis participetur ab alijs ſpeciebus, vnde dicitur, qđ Deus eſt ens per eſſentiam, creaturæ ſunt entia per participationem, non quia participent entitatem ipſius Dei, ſed quia participant aliquam partem entis in communi, in qua conuenit Deus. Falſum ergo eſt Thoſtimarum fundamentum, qđ appetitus naturaliter appetat beatitudinem in communi, non in particulari, vnde Mariales ipſe eius leuitatem confitetur, dicens eſſe nodum inextricabilem, quem nullus ſuorum ad huc diſſoluit.

Solutio.

Sol. Quis non crederet ad tot tonitruū mugitus mundi fabricā nō ruiturā? liceat, quæſo, noſtrorū temporū fœnix, hominem ſtupidum tecum loqui; in prologo ſententiarum diſputatione 8. cap. 3. num. 14. habes hæc verba formalia Potētia dupliciter ſummi poteſt, primo vt ſtat ſub ratione, & ſic reſpicit primo genus puta coloratum, deinde ſpecies, & obiecta particularia (genus.n. eſt obiectum adæquatum, & non ſpecies in particulari.) Secundo ex parte rei, & ſic tendit primo in perfectiſſimam ſpeciem, & in alias, quatenus illam participant, vnde dicitur in vnoquoque genere eſſe vnum, quod eſt metrum, & menſura omnium illius generis, Pōdera lector ly (ex parte rei, potentia primo tēdit in perfectiſſimā ſpeciem, & in alias quatenus illam participant), & inde iudica, ſi Mariales fideliter retulit quantum ex Fabro relatum eſt; quod ſi poſtea Faber peruolutatis Marialis controuerſijs ſuum errorem inſpexit, & indebitum loquendi modum, nunc vult corrigere, quæ in ſententijs ſcripſit, dicens; perfectiſſimæ ſpeciei nomine ſe non intelligere ſpeciem vt ſpeciem, ſed ſpeciem vt perfectiſſimo modo continet genus, & ſpeciem non vt perfectiſſima ſpecies eſt, ſed vt perfectiſſimo modo continet genus, eſſe metrum, & menſuram aliorū illius generis, arbiter eſto tu lector nū explicatio hęc violētiſſima, mera verborum extorſio ſit atque colluſio, & vter ſtupidi nomine dignus ſit Mariales, qui retulit verbatim, quantū ex Fabro relatum eſt, an potius Faber qui canit pallinodiam; & explicat explicatione deſtruente textum, id quod in ſententijs docuerat.

2. Solutio.

Sed Paulo diligentius illuſtrem hāc Fabri ſpeculationem pōderemus, dic mihi Theologorū corriphee, ſi exprimere uoluiſſes potentiam per ſe primo tendere in perfectiſſimam ſpeciem, & ſecundario, ac participatione illius tendere in alios ſpecies, item perfectiſſimam ſpeciem, eſſe metrum omnium aliarum ſpecierū, qua alia phraſi vti potuiſſes, quàm illa, qua uſus es, & relata eſt ex te in primo ſententiarū, & nunc mutas aleas, ut aiunt, in manibus & uis ſpeciei uocabulum, non ſpeciem, ſed genus, uel generis cōtinentiam ſignificare, & ſimilia, quæ fugiens effingis? nonne eſt Theologorum, ac philoſophorum adagium ſermones (& maximè ſi abſolutè proferantur ut tu feciſti) formaliter, & abſolutè eſſe intelligendos? in ſententijs abſolutè enūcias, potentiam per ſe primo tendere in ſpeciem perfectiſſimam, & ſecundario, ac participatione illius tendere in alias ſpecies, item ſpeciem perfectiſſimā eſſe menſuram aliarum ſpecierum ſui generis, & nūnc dicis tuum enunciatum eſſe intelligendum de ſpecie perfectiſſima, non ut ſpecies eſt, ſed ut perfectiſſimo modo genus continet? alterū duo-

rum concludas uel illud proloquium
eſſe abolendum uel Fabrum ex Theo-
logorum ac philoſophorum cœtu pel-
lendum.

3. Solutio. Item ſpecies duo habet, nempe ge-
nus, & differentiam, ex quibus eſſentia
liter coaleſcit, genus idem eſt, & unifor
me (quantum eſt ex ſe) in omnibus
ſpeciebus, differentia eſt, quæ inæqua-
litatem, & diſtinctionem cauſat, & me
rito cuius ſpecies dicitur perfectior, &
perfectius continere genus, differentia
n. ut dicitur in lib. prædicab. eſt, quæ
diuidit genus, & cōducit illud ad eſſe,
conſtituit ſpeciem, & facit eam abun-
dare à genere; ergo dicere ſpeciē, quæ
continet perfectiſſimo modo genus, eſ
ſe menſuram aliarum ſpecierū, & par-
ticipatione illius potentiam tendere in
alias ſpecies, eſt dicere ſpeciem ut per-
fectiſſima ſpecies eſt, facere hęc om-
nia, ergo gloſſa, quam nunc adducis,
quod loqueris de ſpecie perfectiſſima,
nō qua perfectiſſima ſpecies, ſed ut per
fectiſſimo modo genus cōtinet, docet
contradictoria, & recidit in idem cum
eo quod dixiſti in ſententijs, & ſic Ma
riales fideliter retulit quod retulit, &
impugnationes quas contra te facit re-
4. Solutio. manent in robore. Item quando dicis,
quod homo perfectiori modo cōtinet
rationem animalis cæteris ſpeciebus
perfectior, quo titulo, & merito cuius,
perfectius illam continet? certè non
merito alterius, quam rationalitatis,
quæ eſt perfectiſſima differentiarum
contrahētium animal, per quam homo
cōſtituitur nobiliſſima ſpecierum (uel
proferas tu per quid aliud ſi aliud ha-
bes homo id eſſentialiter obtineat,) er-
go eſſe perfectiſſimam ſpeciem, & per
fectiſſimo modo cōtinere genus idem
penitus ſunt, & ita idem quod prius.
Item quando aſſeris, animalitatē in
5. Solutio. homine eſſe menſuram animalitatis in
alijs ſpeciebus; quia per comparatio-
nem ad hominē, dignoſcitur quod ſit
perfectius uel minus perfectū animal:
interrogo, in qua Schola nouam hanc
philoſophiā didiciſti? aut accipis ani-
malitatem ſecundum præciſam anima
litatis rationem, & hoc non quia ani-
malitas eadem eſt (quantum eſt ex ſe)
in omnib. ſpeciebus; & nihil eſt menſu-
ra ſui ipſius, aut accipis animalitatē ut
habet ad iunctam rationalitatem, per
quam contraitur ad nobiliſſimum eſſe
ſpecificum, & ſic incidis in ſpeciem hu
manam, ſpecies. n. humana non eſt niſi
animal rationale, proinde ſpecies hu-
mana, qua perfectiſſima ſpecies eſt, eſt
menſura aliarum ſpecierum, quod an-
tea negabas: item reddens rationē, cur 6. Solutio.
animalitas hominis ſit menſura anima
litatis aliarū ſpecierum, dicis hoc ideo
eſſe, quia per comparationem ad homi
nem, aliæ ſpecies menſurantur, & di-
gnoſcitur quod animal ſit perfectius,
aut imperfectius: ſic argumentor ſi ani
mal ut eſt in homine, & non homo ut
eſt perfectiſſima ſpecies, eſt menſura,
cur ad hominem Faber recurris? & di-
cis per comparationē ad hominem di-
gnoſci, quod animal ſit perfectius, aut
minus perfectum? ſic lubricè loqueris?
ſic tibi ipſi es inconſtās? tandē id quod 7. Solutio.
tangis de rationalitate, quod non parti
cipatur ab alijs ſpeciebus, ab re eſt, &
contra te vis. n. ut relatū eſt, potentiam
per ſe primo tendere in ſpeciem perfe
ctiſſimam, & participatione illius ten-
dere in alias ſpecies, palam autem eſt
id, cuius participatione aliquā attingi
tur à potentia participari ab illis for-
maliter, & non tantum imitatiue, ut
quia color eſt ratio oculo attingendi
quæcunque attingit, participatur for-
maliter ab omnibus, quæ per ſe viden-
tur, & quia ens eſt ratio intellectui at-
tingendi omnia quę attingit, participa
tur formaliter ab omnibus, quę per ſe
intelliguntur, & ſic de alijs, ergo eo ip-
ſo quod perfectiſſima ſpecies formali-
ter ab alijs ſpeciebus non participatur
ut tu dicis, conuincitur illam non eſſe
potentiæ, rationem attingendi alia, &
ita falſo dicis potentiam à parte rei per
ſe primo tendere in ſpeciem perfectiſ-
ſimam, & participatione eius tendere
in alias ſpecies, proquo vide Mariales
cont. 2. cap. 4. cuius dictis tenebatur Fa
ber reſpondere ſi poterat.

Cum

8. Solutio. Cum tandem ſubiungis, quod Mariales confitetur fundamentum Thomiſticum eſſe leue: eſt inſania digna riſu non aure, refert Mariales varios modos dicendi, variaſque rationes, quas aliqui reddunt cur in Deum clare viſũ (eſto contineatur ſub obiecto adæquato appetitus) tamen appetitus naturaliter in eum non inclinetur? & dicit nullam redditarum rationum ab alijs ſibi plane placere, & eſſe difficile reddere rationem quæ intellectum omnino expleat, & tu ex hoc infers quod dicat fundamentũ Thomiſticũ eſſe leue, nõ ne eſſet dignus catena qui diceret, non poteſt reddi ſufficiens ratio intellectũ cõuincens, cur Deus ſit vnus, & trinus, & cur natura, & ſuppoſitum ſint idem & tamen natura communicetur, ſuppoſitum nõ, & ſic de alijs fidei myſterijs, ergo omnia hęc leuia, & falſa ſunt, non ne noſti veritatem eſſe certã cęterũ difficile aliquãdo explicari? ppterq; Plato, & Triſmegiſtus dicere ſolebãt intelligere Deũ eſſe difficile, eloqui impoſſibile? & adhuc (rex Fabrorũ dormis?)

An omnes creaturæ ſint æque in potentia obedientiali ad ſupernaturalia, & quomodo intelligatur illud D. Aug. natura eſt hominum poſſe habere dona ſupernaturalia? gloſſa Mariales defenditur à Fabri calumnijs.

Adnititur Faber vlterius repellere gloſſas quas Mariales adducit ad illud D. Auguſ. (naturæ eſt hominũ poſſe habere fidem, & charitatẽ) in quo ſpeciatim fundant Scotiſtæ ſuũ dogma de inclinatione naturali ad bona ſupernaturalia; & ſcribit hunc in modum. Cum probauerim, inquit, D. Auguſtinum, per poſſe habere dona ſupernaturalia non intelligere meram potẽtiam obedientialem vt Thomiſtæ gloſſant, ſed potentiam naturalem inclinatã ad actus ſupernaturales (loquendo. n. de potentia obedientiali. i. de capacitate ſine inclinatione) oẽs creaturæ æque ſunt in potentia obedientiale ad ſupernaturalia, proinde non bene diceret D. Auguſ. eſſe naturæ hominum præ alijs poſſe habere dona ſupernaturalia Mariales vt reſpondeat in mille formas ſe commutat; prima gloſſa quam adhibet eſt, falſum eſſe omnes creaturas eſſe æque in potentia obedientiali ad ſupernaturalia; communiter. n. docetur, omnes creaturas eſſe in potentia obedientiali ad vnionem hypoſtaticam, & tamen naturam humanam eſſe præ omnibus alijs aſſumptibiliorem, ergo pari modo omnes creaturæ poſſunt eſſe in potentia obedientiali ad ſupernaturalia, & tamen natura humana eſſe p̃ alijs capacior illorum vt D. Aug. indicat, contra hanc gloſſam inuehit Faber hunc in modum. Hæc gloſſa inquit, reijcit Marialem, & fauet Fabro: nam 1 Obiectio. Fabri. ſi potentiæ obedientialis non eſt æque in omnibus creaturis, & natura humana eſt aſſumptibilior alijs, quero vnde oritur quod hæc natura eſt magis in potentia obedientiali ad vnionem hypoſtaticam? certe nequit adduci alia ratio, niſi quia hæc natura ſecundum ſuam eſſentiam, eſt magis inclinata diſpoſita, & ordinata ad actum illum ſupernaturalẽ, inclinatio aũt hæc, diſpoſitio eſſentialis, & ordinatio, eſt naturalitas, & potentia ipſa naturalis, ergo cõcedit Mariales quod Faber contendit.

Præterea iam dixit Mariales, quod 2. Obiectio. potentia obedientialis eſt nuda capacitas abſque inclinatione, & repugnãtia tunc ſic, ergo creaturæ in quãtũ ſunt in potentia obedientiali, vna nõ eſt aſſumptibilior alia, quia vnam eſſe aſſumptibiliorem alia, ſignificat aliquam diuerſitatem, inter illam, & alias minus aſſũptibiles, vel ergo falſum eſt, quod potentia obedientialis ſit pura capacitas abſque vlla inclinatione, & repugnantia, (ſed habet magis, & minus, & tunc potentia obedientialis eſt idem, quod inclinatio naturalis ſecundum magis, & minus, qd redibit, in id quod Faber dicit) vel dicẽdum eſt, quod prꝫter potentiam obedientialem, & capacitatem illam puram, datur in qualibet natura potentia, & inclinatio naturalis, ſecundum quam vna inclinatur ad aliquod obiectum, & nõ altera, vel vna magis,

quam alia,& hoc ſecundum eſt verius, quia communiter inclinatio naturalis ponitur quid diuerſum à potentia obe dientiali.

Solutio. Ad primũ. 1.Reſp. Sol. Legatur Mariales controu. 12. cap. 4. & inuenientur diſſipatæ omnes hæ chimeræ. Ad primũ dico oẽs creaturas eſſe in potentia obedientiali ad ſupernaturalia, non tamen æqualiter ob motiuũ de aſſumptibilitate ad vnionem hypoſtaticam relatum ex Mariales, veluti nec omnes creaturæ ſunt in potentia obedientiali indifferenter ad ſupernaturalia omnia, irrationalia. n. nõ ſunt in potentia obedientiali ad ſperandum credendum, diligendũ, & fruẽdum Deo, homo ſic: & cum quæritur, in quo conſiſtat iſta inæqualitas? dico conſiſtere non in inclinatione maiori, vel minori (vt contra diffinitionem ſũmorum Pontificum ſuperius relatam) arguens accepit: ſed in hoc quod creatura rationalis eſt ſimilior, vel minus diſſimilis Deo, irrationalibus: vnde & habet ad illum ſimilitudinem imaginis, vbi irrationalia habent ſimilitudinem ſolùm veſtigij, vt cõſtat; quæ autẽ ſunt ſimiliora vel minus diſſimilia habent inter ſe faciliorem tranſitum: conſiſtit etiam in eo, quod natura humana indigebat reparatione à peccato, qua reparatione non egebant irrationalia, & demum conſiſtit in eo, quod natura humana habet intellectum, & voluntatem potentias eleuabiles ad credẽdum, & ſperandum, videndum, & fruẽdum Deo, quas potentias non habẽt irrationalia, ideo natura humana ꝑ oĩb. alijs naturis ad vnionem hypoſtaticã aſſũptibilis fuit de quo D. Th. 3. p. q. 4. ar. 1. & expoſitores eius ibidẽ, ad quos me remitto: pari modo tametſi omnes creaturæ abſolutè ſint in potentia obedientiali ad ſupernaturalia, tamen naturæ humanæ præ omnibus alijs naturis competit capacitas ad habendam fidem, ſpem & charitatem, inquit D. Augu. de prædeſtinatione ſanctorum; quia illa habet potentias eleuabiles ad credendum, ſperandum, & diligẽdum Deum, quas potentias irrationalia nõ habent, ex quo patet Fabrum fabulari, cum ait, maiorem aſſumptibilitatem naturæ humanæ ad vnionem hypoſtaticam aliunde non oriri, quam quia natura humana ſecundum ſuam eſſentiã eſt magis inclinata, diſpoſita, & ordinata ad actum ſupernaturalem, irrationalibus, quæ inclinatio eſt potẽtia naturalis: falsũ inquã hoc eſt, oritur. n. ex alijs capitib. quę ex D. Th. relata ſunt, & nõ ex inclinatione conficta à Fabro, & ab eccleſia damnata contra Michaelem Baium vt ſupra viſum eſt, Deinde contradicis ſi ipſi bone Faber, nam hic vis naturã eſſe inclinatam ad vnionem hypoſtaticam, in prologo autẽ ſent. diſp. 8. nu. 10. expreſsè tenes cum Scoto, potentiam ad vnionem hypoſtaticam eſſe potentiam neutram, excludentem omnem inclinationem; contra quod enũciatum arguit Mariales multis cõtrou. 11. cap. 3. in exam. 7. rationis Thomiſtarũ, ergo dato non conceſſo, quod inæqualitas potentiæ obedientialis in creaturis, naſceretur ab inclinatione, & potentia naturali vt vis hic, adhuc non diceret Mariales idem quod dicis tu in ſent. ſed totum oppoſitum vt patet.

D. Thom.

D. Aug.

2. Reſp. Contradictio in Fabro.

3. Reſp. Item ſicut eſſet ridicula cõſeq. & petens principium: Mures non naſcuntur niſi ex mixtione maris, & fęminæ, ergo hic mus eſt genitus ex comixtione. falsũ. n. eſt antecedẽs quia poteſt naſci, & ex comixtione, & ex putri materia, & virtute Solis, vnde arguitur à pluribus cauſis ad vnam determinatam: ita ridicula, & petens principium, & procedẽs à pluribus cauſis ad vnã tantum, eſt tua conſequentia Faber: inæqualitas potentiæ obedientialis non oritur niſi ex naturali inclinatione, vt ſupra, ergo in natura eſt inclinatio ad actus ſupernaturales, dato. n. quod inæqualitas poſſet naſci ex inclinatione, tamen non ex illa tantum, ſed & ex alijs capitibus narratis oriri poteſt; & nos dicimus oriri ex illis, nõ ex inclinatione, & cum hic diſputetur, an ad ſupernaturalia detur inclinatio naturalis, aſſumere, quod inæqualitas potentiæ obedientialis ad actus ſupernaturales naſcatur ex incli-

natione

natione maiori, vel minori, vel ex habere inclinationem, & non habere inclinationem, eſt petere principium, vt patet, ergo. Præterea: potentia obedientialis excludit inclinationem veluti & potentia neutra, ergo dicere inæqualitatem potentiæ obedientialis oriri ex inclinatione eſt dicere illam eſſe potentiam obedientialem, & non obedientialem. obedientialem, quia ſupponitur talis, non obediētialem, quia ſupponitur includere inclinationem excluſam à potentia obedientiali magis quam a potentia neutra, ergo doces contradictoria.

4. Reſp.

Contradictio in Fabro.

Ad primū. 1. Reſpōſio.

Cum ſubiungitur, quod ſi potentia obedientialis eſt nuda capacitas abſq; inclinatioue, & repugnantia, illa eſt æqualiter in omnibus, & ſic vna natura non eſt aſſumptibilior alia, quia maior aſſumptibilitas, diuerſitatem inter naturas aſſumptibiles importat: nego cōſeq. & probatio deſtruit, non probat intentum; eo.n. ipſo, quod vna natura eſt aſſumptibilior alia, vt communiter docetur, habetur eſſe diuerſitatem, & inæqualitatem in potentia obedientiali creaturarum ad ſupernaturalia, & licet potentia obedientialis importet capacitatem cū negatione inclinationis, & repugnantiæ, non tamen hinc ſequitur non habere magis, & minus, capacitas n. eſt quid poſitiuum ſuſcipiens magis, & minus, negatio quoque repugnātiæ, & inclinationis ſuſcipit modo ſuo & ipſa magis, & minus, vt tangitur in metaphyſica, vbi diſputatur an negatio ſuſcipiat magis, & minus, & patet ad ſenſum in duob. ſpatijs tenebroſis vno oſcuriore alio, falſum eſt ergo, quod potentia obedientialis vel non ſit pura capacitas cum negatione inclinationis, & repugnantiæ (quaſi negatio inclinationis, & repugnantiæ, & ipſamet capacitas, magis, & minus habere non poſſent) vel quod potentia obedientialis vltra capacitatem importet inclinationem, vt ſic, inæqualitas potentiæ obedientialis in creaturis, oriatur, ex eo, quod vna creatura inclinatur, alia non vel vna magis inclinetur alia, ad aliqd obiectum, (quaſi potentia obedientialis ſtare poſſet cum inclinatione, & nō eſſet alius modus ſaluandi inæqualitatem potentie obediētialis in creaturis, niſi fingatur ī eis inclinatio maior vel minor ad ſupernaturalia cum alijs deliramentis quæ Vulcanus noſtro oppoſitori in ſomnis ſugeſſit.

2. Reſpōſio.

Et certe non potui niſi cum riſu legere illas duas lineas ſibi inuicem contradicentes, & continentes plures falſitates quam verba (& ſic potentia obedientialis eſt idem quod inclinatio naturalis ſecundum magis, & minus & reddit in idē cū eo quod Faber dicit vel præter potentiam obedientialē in qualibet natura datur potentia, & incliuatio naturalis ſecundum quam vna inclinatur ad aliquod obiectum, & non altera, vel vna magis alia, & hoc ſecundum eſt verius quia communiter inclinatio naturalis ponitur quid diuerſum à potentia obedientiali) ſic argumentor inclinatio naturalis communiter ponitur aliquid diuerſum à potentia obedientiali vt dicis in vltima linea, ergo potentia obedientialis nō eſt idem quod inclinatio naturalis ſecūdum magis, & minus, vt dicis in prima linea, itē in prologo ſententiarum tenes potentiam ad vnionem hypoſtaticam eſſe potētiam neutram vt relatum eſt, ergo potentia obedientialis ad vnionem hypoſtaticam nequit eſſe capacitas cū inclinatione vt dicis hic, potentia neutra omnem inclinationem excludente ſecundum Scotiſtas, ergo tibi ipſi non conſtas.

Duæ Contradictiones in Fabro.

An concedi poſſit irrationalia eſſe in potentia obedientiali ad lumen gloriæ, & alios habitus ſupernaturales, immo, & ad viſionem, & fruitionem Dei ſaltim materialiter ſumpta?

ALia Gloſſa, & ſolutio quam Mariales adhibet illi propoſitioni (potentia obedientialis æqualiter eſt in omnibus) eſt huiuſmodi: licet potētia obedientialis, inquit, in ordine ad ſupernaturalia materialiter ſumpta, ſit æqualiter in omnibus rebus, lumē glo-

riæ.n.

tiæ, n. fides (& ſecundum aliquos) etiã viſio, & fruitio Dei, ſumpta materialiter, vt qualitates ſunt, poſſunt poni in lapide, non tamen eſt æqualiter in ordine ad ſupernaturalia ſumpta formaliter, vt ſunt habitus vel actiones vitales, ſed ſola creatura intellectualis capax eſt eorum, quia illa ſola habet intellectum, & voluntatem, quibus tales operationes vitales exercentur, & vltra talem capacitatẽ, in ea ſola eſt etiã inclinatio remota, & indirecta ad ſupernaturalia, quia continentur ſub bono, & vero in communi in quod naturaliter inclinatur.

1. Fabri obiectio. Contra hanc doctrinam debacatur Faber hũc in modum. Primum vides, inquit, lector Marialem concedere in lapide, & alijs irrationalibus eſſe potẽtiam obedientialem ad recipiendos actus ſupernaturales, ſ. viſionem beatã, lumen gloriæ, gratiam, & ſimilia, quid quæſo abſurdius in Theologia audiri poteſt? Secundo contra diſtinctionem de ſupernaturali, materialiter, & formaliter ſũpto, quæro ait, quid ſit iſtud materiale in viſione beatifica, vt diſtinguitur contra eius eſſe formale? eſt ne aliquid reale ex parte rei, ſeiũctum ab eſſe formali, vt in homine animalitas, & rationalitas, an ſecundum rationem tantum; ſi ſecundum, nihil impedit, quod ſi lapis ſecundũ eſſe materiale capax eſt viſionis, capax eius ſit etiã ſecũdum eſſe formale, quia diſtinctio rationis non variat rem ex parte rei; ſi vero dicas primũ, aſſigna, inquit, quid ſit iſtud materiale in viſione beata, certè, cum viſio, gratia, & lumen gloriæ, ſint formæ ſimplices; non ſunt compoſitæ, ex materiali, & formali, materialitas ergo in eis, nihil aliud eſt niſi eorum eſſentia, & quidditas, vnde dicere, quod lapis ſit capax viſionis beatificæ materialiter ſumptę, eſt dicere quod ſit capax illius ſecundum eius eſſentiam, & quidditatem.

3. Obiectio. Si dicas, lapidem eſſe capacem viſionis, vt eſt qualitas, & non vt eſt viſio: contra ly (vt qualitas) ſignificat ne præciſionẽ realẽ, an rationis? ſanè qualitas illa viſionis beatificæ, eſt ipſum donũ ſupernaturale viſionis beatæ, (non .n. eſt qualitas in communi, ſed qualitas contracta, & determinata ad ſubſtantiam viſionis beatæ) ergo dicere quod lapis ſit capax viſionis beatæ materialiter ſumptæ, eſt idem ac dicere, quod lapis eſt capax viſionis beatæ, eſſentialiter, & entitatiue ſumptæ. Deinde cõtra aliud membrum de lumine gloriæ ſumpto formaliter, quatenus. ſ. eſt quidam habitus vitalis, reddens ſubiectũ habile ad videndum, contra hoc, inquit, Faber, militant multa. Primo falſum eſt, quod accidens aduentitiũ luminis gloriæ det ſubſtantialem capacitatem naturæ humanæ ad videndum Deum, ſic .n. beatitudo non inhæreret animæ per ſe primo, ſed per accidens, & per aliud quod abſonat. ſecundo falſum eſt lumen gloriæ eſſe habitum vitalem, dantem habilitatem actiuam ad videndum Deum, cum .n. ſit accidens inanimè, vim vitalem alijs tribuere nequit. Tertio, quia ſic potentia obedientialis non eſſet pura capacitas ſine inclinatione, & repugnantia, pura .n. capacitas abſolutè, non requirit plus hoc ſubiectum quã illud, proinde vel potentia ad actus ſupernaturales eſt naturalis non obedientialis, (ſi eſt ſolũ in creatura intellectuali) contra id qđ Mariales docet, vel ſi obediẽtialis eſt, eſt indifferenter in omnibus creaturis, & non tantum in creatura intellectuali contra Mariales. Quarto, quod conuenit vni ſoli ſpeciei, & fluit ex principijs naturæ, & ſecundum naturalem inclinationem, eſt illi naturale; ſed potẽtia ad ſupernaturalia ſumpta formaliter, conuenit ſoli creaturæ intellectuali ſecundum Marialem, ergo fluit ex principijs naturæ, & ſecundum naturalem inclinationem, & ſic eſt potẽtia naturalis non obedientialis contra Thomiſtas. Quinto, ſi ideo homo ſolus capax eſt ſupernaturaliũ, quia habet intellectum, & volũtatem, quibus actus ſupernaturales exercentur, & habet inclinationem indirectã, & remotã ad illa, ergo potentia ad illa eſt proprietas

4. Obiectio.

2. Obiectio.

prietas naturalis hominis, & eſt potentia naturalis, & non obedientialis, eſt .n. capacitas cum inclinatione, & talis capacitas eſt potentia obedientialis ſecundum Thomiſtas ipſos (non.n. derogat illa clauſa inclinatio indirecta, & remota) quia non intelligitur (vt Mariales exponit) quod potentia immediate inclinetur in bonum in communi, & ſecūdario in ſupernaturalia, quæ ſub obiecto cōmuni continentur, (hæc .n. expoſitio ſuperius reiecta eſt,) ſed intelligitur, quod potentia paſſiua per ſe primo inclinatur, & tendit in viſionem beatificam. quia per ſe primo, & non mediante aliquo receptiuo, eam recipit, nec per accidens, & dicitur indirectè inclinari, quia non ex ſe poteſt actiuè in actus ſupernaturales, vel in viſionem, & ita &c.

Solutio. Solutio. Agminibus Iſrael olim miraculosè datum eſt à minis ſpurij Golie euadere. At ab hoc minitabundo gigante, vos Thomiſtarum caſtra quem nunc literatorem habebitis? & tu ſpeciatim infortunate Mariales, quem clypeum reperies, qui te à mortalibus his ictibus defendat? ad primū dico non eſſe abſurdum (niſi forte apud Fabros oblitos communis proloquij: non eſt impoſſibile apud Deum omne verbū, & plus poteſt Deus facere, quam intellectus cōcipere, & minus ſentit de Deo

Ad primū. ſecundum D. Gregorium, qui tantum ſentit quātum metiri poteſt ingenio) dicere Deum per ſuam omnipotētiam ponere poſſe lumen gloriæ, lumē fidei, & alios habitus ſupranaturales, in ratione qualitatis in lapide: in hoc.n. nulla inuoluitur implicantia, & Deus poteſt quicquid contradictionē non implicat, vt habet communis regula, & ſi hoc habebas Faber pro abſurdo debebas implictiā iā oſtēdere rationibus, nō conuitijs, & Mariales non dicit abſolutè, viſionem beatam in ratione qualitatis poſſe poni in lapide, ſed dicit multos id tenere, & tamen tu refers hoc ex Mariales, vt proprium eius dictum; quid quæſo magis implicans cōtradictionem apparere poteſt, quam quod accidens (cuius eſſe eſt alteri inhærere) per ſe primo ſubſiſtat? quod ſpiritus ſuapte natura impaſſibilis, ab igne corporeo torqueatur? quod aqua materialis ſordes ſpirituales abluat, & alia id genus ſexcenta? quæ, tamen miraculosè omnia fiunt, vt Theologia, & fides teſtantur; & tu Faber nunc exſibilas, & cachinaris, quia audis dicere per Diuinam omnipotentiam, habitum fidei in ratione qualitatis, poſſe in lapide collocari? caue Faber nedum Mariali contraire ſtudes, Diuinæ omnipotentiæ iniurius euadas.

Ad ſecūdū. Ad ſecundum dico, quod ſicut eadem numero anima, eſt tota in toto, & tota in ſingulis partibus corporis, & eminenter continens omnes gradus inferiores, ſ. vegitatiuum, ſenſitiuum, & corporeum, & intellectiuum, non tamen illos omnes ſingulis membris cōfert, ſed ſingulis, ſolum eos quorum capacia ſūt, carni cōfert oēs citra intellectiuum, oſſibus corporeum, & vegetatiuum tantum, non ob defectum animæ, ſed ob cōditionem membrorum, quia non ſingula membra, omniū graduū capacia ſunt, ita habitus fidei poſitus in homine, dat illi eſſe qualitatiuū, & creditiuum (& idem eſt de viſione, & lumine gloriæ) quia homo vtriuſq; eſſe capax eſt, poſitus aūt in lapide dat eſſe qualitatiuū, & nō creditiuū, quia lapis capax nō eſt eſſe creditiui, ſed ſolum eſſe qualitatiui; qualitas .n. ſe habet ad fidem, vt genus, in quo cōuenit cum omnibus alijs habitibus, eſſe creditiuum ſe habet vt differētia per quā fides diſtinguitur ab alijs habitibus, opinatiuo, dubitatiuo ſcitiuo, & ſic de alijs; & quando quæritur an ly (qualitatiuum, & creditatiuum) ſint à parte rei ſeiuncta, an potius ſolum ſecundum rationem, dico, quod ſunt ſeiuncta ſicut ſe iunguntur animal, & rationale ī homine. ſ. formaliter, & ex natura rei, quia alia eſt diffinitio animalitatis alia rationalitatis, & cum replicatur, quod ſi non diſtinguntū realiter, ſi lapis eſt capax fidei in ratione qualitatis, capax eſt, & in ratione fidei, diſtinctio-

1. Reſpōſio. (margin, beside "ferio res, ſ. vegitatiuum")

2. Reſpōſio. (margin, beside "de alijs")

3. Reſpõſio. ſtinctione rationis nõ variante rem ex natura rei, dico diſtinctionem rationis ratiocinantis non mutare rem à parte rei, bene vero diſtinctionem rationis ratiocinatæ, quæ & ex natura rei vocatur, quæ intercedit inter genus, & differentiam, intereſſe qualitatiuum, & eſſe creditiuum in habitu fidei, & inter gradus, quos anima eminenter continet, ideo bene ſufficit, vt aliqua verificetur de vno, & nõ de alio, vel de vno ſub vna ratione, & non ſub alia. Vnde ſicut eſſet ridicula cõſequentia: actio, & paſſio ſunt idẽ motus, ergo vbicũq; eſt motus, eſt ſub ratione actionis, & paſſionis, eadem lux indiuiſibilis habet virtutem exiccandi, & liquefaciendi, ergo quid quid attingit, liquefacit, & exiccat, eadẽ numero anima eminẽter continet gradus, corporeum, ſenſitiuum, vegetatiuum, & intellectiuum, ergo quodcunq; informat, informat ſecundum omnes gradus, & ſimilia, ita falſa eſt conſequentia eſſe creditiuum, & eſſe qualitatiuum in habitu fidei nõ diſtinguntur realiter in eſſendo, ergo ſi lapis eſt capax fidei, ſecundum eſſe qualitatiuum, capax eſt, & ſecundum eſſe creditiuum, eadem qua in inſtantijs adiutis ratione, quia .ſ. diſtinctio formalis, & ex natura rei, quæ reperitur inter genus, & differentiam, & alia prænarrata, ſufficit impedire, vt quod enũciatur de vno, nõ enũcietur de alio.

4. Reſpõſio. Cum replicatur iterum, quod habitus fidei eſt qualitas ſimplex, & nequit componi ex materiali, & formali: pudet reſpondere, quid ſimplicius Angelo vir doctè? & tamen conſtat ex genere, & differentia, vt ex materiali, & formali metaphyſicis, de quibus loquitur Mariales, cum inquit (habitus ſupernaturales poſſe ſumi quoad materiale, & quoad formale, vt expoſitũ eſt) ſed deceptus miserè es, quia nõ diſtinxiſti inter componi ex materia, & forma phyſicis (quæ compoſitio pugnat cum ſimplicitate entitatiua,) & inter componi ex materiali, & formali metaphyſicis (quæ cõpoſitio non repugnat, niſi ſimplicitati puriſſimæ Dei, vt docet D. Thom. p. p. q. 3.) dicere ergo lapidẽ eſſe capacem fidei in eſſe qualitatis, eſt dicere eſſe capacem eſſentiæ, & entitatis, quæ eſt fides, nõ quoad omne eſſe, quod illa entitas, & quidditas dare apta eſt, ſed ſolum quoad eſſe qualitatiuum genericũ, cuius lapis capax eſt; ſicut dicere oſſa eſſe capacia animæ eſſentialiter, eſt dicere oſſa eſſe capacia informari ab eſſentia animæ, non quãtum ad omnes gradus, quos conferre apta eſt, ſed quantum ad gradum corporeum, & vegetatiuum, quorum oſſa capacia ſunt, & ſic euaneſcunt omnia Plutonis præſtiga.

Ad tertium. Ad Tertium, cum demum adhuc iterum quęritur an illa pręciſio eſſe creditiui ab eſſe qualitatiuo ſit pręciſio realis, an rationis? dico quod in ipſo habitu fidei eſt pręciſio formalis ex natura rei, vt eſt pręciſio animalitatis à rationalitate in homine, at ex parte lapidis, eſt pręciſio realis, quia lapis realiter afficitur ab habitu, quantum ad eſſe qualitatiuum, & non quantum ad eſſe creditiuum, ob incapacitatem eius vt ſupra, veluti & cum anima informat oſſa, quoad gradum corporeũ, & vegetatiuum, & nõ quoad gradum ſenſitiuum, & intellectiuum, ex parte animæ, eſt pręciſio vnius gradus ab alio ſolum formalis, & ex natura rei, ex parte autem oſſium, eſt pręciſio realis, quia realiter accipiunt ab anima eſſe vegetatiuum, & corporeum, & non eſſe ſenſitiuum, & intellectiuum, ob eorum incapacitatem, quod autem tãgitur, quod genus fidei, & viſionis beatæ eſt qualitas, non abſolutè, ſed contracta ad ſubſtãtiam viſionis, & fidei, ab re hoc adducitur, quomodolibet .n. qualitas ponatur genus; lapis capax eſt talis eſſe qualitatiui (etiam ſupernaturalis) non autem eſſe creditiui, & viſiui, quod eſt veluti differentia fidei, & viſionis beatæ, vt expoſitum eſt, ideo dicere lapidem eſſe capacem fidei, & viſionis beatæ in eſſe qualitatis, & non amplius, eſt dicere eſſe capacem earũ eſſentialiter materialiter, nõ autẽ eſſentialiter formaliter, vt tradit Mariales.

Ad quartũ. 1. Reſpon. Ad quartum dico illud eſſe plenum falſitatis;cum enim dicitur, quod accidens aduentitium dare non poteſt naturæ capacitatem ſubſtantialem ad actus ſupernaturales, & quis aſſerit hanc inſaniam Faber? dormis, an dormire fingis? capacitas cõuenit naturæ ex ſeipſa, eo enim ipſo, quoad imaginem Dei creata eſt,eſt Dei capax ſecundum D.Auguſt.Sed inclinationẽ habitualem, quam natura ex ſe ipſa non habet, hanc accipit ex habitibus ſupernaturalibus ſibi inhærentibus in ordine ad ſupernaturalia,neque enim capacitas,& inclinatio idem ſunt,confitentibus Scotiſtis potentiam neutrã eſſe capacem, & tamen non inclinatã ad actum neutrum, & cum inſtans, quod ſic anima beatetur per accidens intermedium inſtantia ſuperius exploſa eſt,tranſeamus.

2. Reſpon. Cum dicis ſecundo, quod accidens inanime nequit dare habilitatẽ actiuam vitalem intellectui ad vidẽdum & credendum;dico,quod ſicut Scotus docet operationem hominis vocari humanam,non quia humanitatem in ſe contineat, ſed quia ab homine elicitur,ita lumen gloriæ,& fides dicuntur habitus vitales, non quia in ſeipſis vitam contineant,ſed quia ex ſe ordinãtur ad perficiendam potentiam vitalem, & ad eliciendos actus vitales videndi, & credendi, ideò falsò Faber imponis Thomiſtis,quod velint lumẽ gloriæ, & habitum fidei dare animæ actiuitatem vitalem ad credendum,& ad videndum,non dant actiuitatẽ,ſed actiuitatem vitalem illius eleuant ad ordinem ſupernaturalem,corroborãt, confortant, atque adaugent, vt indi- D. Thom. cat D.Thom.1.par.q.12.art.4. & 5. & alij Doctores ibidem: Multi tamen Doctores tenent lumen gloriæ dare totam actiuitatem vitalem ad videndum Deum,proinde pro inæqualitate luminis gloriæ dari inæqualitatem viſionis, & idem dicunt proportionaliter de alijs habitibus ſupernaturalib. in ordine ad actus ſupernaturales, ſecũdum quos Doctores habitus ſupernaturales non ſunt accidentia totaliter expertia vitalitatis ad ſenſum arguentis. ſed ſunt vitalia ſi non vt quę, & ſubiectiuè, ſaltim vt quibus, & virtualiter, veluti & albedo non eſt formaliter alba, & tamen eſt principium formale quo albeſcẽdi, quiuis horum modorum dicendi teneatur argumentum funditus corruit.

3. Reſpon. Cum dicitur tertio, quod potentia obedientialis non eſſet pura capacitas nego ſequelam,ad probationem dico, ꝙ pura capacitas abſolutè ad actus ſupernaturales non vendicat ſibi determinatum ſubiectum,at pura capacitas ad actus ſupernaturales formaliter ſũptos bene vendicat ſibi determinatũ ſubiectum, quia non quælibet creatura capax eſt eorum formaliter ſumptorum, ſed ſola anima rationalis, vt probatum eſt. Faber autem ſolutionem tetigit, ſed in applicatione defecit.

4. Reſpon. Cum dicitur quarto, quod ſi capacitas actuum ſupernaturalium formaliter ſumptorum competeret ſoli naturæ intellectuali eſſet eius proprietas naturalis,includeret inclinationem,& eſſet potentia naturalis, nego aſſumptum; potentia enim neutra fluit ex natura ſubiecti,eſt proprietas eius ſecũdum Scotum, & tamen non includit inclinationem ad actum neutrũ, nec eſt potentia naturalis,ergo pari modo capacitas actuum ſupernaturaliũ formaliter ſumptorum, poteſt fluere ex principiis naturæ intellectualis (quia eo ipſo, quoad Dei imaginem creata eſt,eſt Dei capax ſecundum D.Augu.) & tamen poteſt non includere inclinationem, & non eſſe potentia naturalis,per conſequens talis potentia,vel capacitas competit homini ſecundum eius naturam, & quatenus homo eſt, & poteſt dici, etiam naturalis ſubiectiuè,& tamen non includere inclinationem,nec eſſe naturalis inclinatiuè, vt minus doctè Faber cõfundens omnia aſſumit.

5. Reſpon. Cum demum inſtatur, quod ſi homo habet capacitatem, & inclinatio-

nem remotam ad actus ſupernaturales, vt Mariales concedit, iam tenet cũ Scotiſtis habere potẽtiam naturalem, potentia enim naturalis importat capacitatem & inclinationem. nego ſequelam, potentia enim naturalis importat capacitatem & inclinationem explicitam primario, vel ſecundariò, & directam ad actum ſibi proportionatum, homo autem licèt habeat capacitatem ad ſupernaturalia, & inclinationem etiam remotam implicitã, & indirectam (quatenus, ſcilicet ſuper naturalia analogicè, & remotiſſimè continentur ſub bono in communi, in quod appetitus per ſe primo inclinatur) non tamen habet inclinationem explicitam, & directam etiam ſecundario ob rationes adductas à Mariales Controuer. 10. ideò talis capacitas nequit dici potentia naturalis, & eſt ſemper ſermo de appetitu pro pondere naturæ, & cum dicitur, quod alias probatum eſt potentiam paſſiuã naturaliter, & per ſe primo inclinari in viſionem beatam, & non mediante alio receptiuo, ſuperius quoq; oſtenſum eſt tales probationes eſſe plenas falſitatis, & æquiuocationis, & eſſe contra diffinitionem Eccleſiæ, relatam cõtra Michaelem Baium, ideo &c.

An potentia ad actus ſupernaturales ſecundum Marialem ſit potentia obedientialis, an potius neutra. Fabri chimeræ diſſipantur.

VLtima gloſſa, vel ſolutio quam Mariales adhibet illi Scotiſtarũ diſcurſui potentia receptiua gloriæ eſt propria creaturæ intellectualis, ergo eſt potentia naturalis inclinata ad illam) eſt huiuſmodi. Non eſt, inquit, bona illa conſequentia. Non poteſt eſſe pura capacitas oriens ex principijs naturæ, & tamen nõ eſſe inclinata ad gloriam veluti, & potentia neutra ſecundum Scotum eſt potentia capax actus neutri, oriens ex principijs ſubiecti, & tamen non eſt potentia naturalis, nec inclinata ad actum neutrũ.

Contra hanc doctrinam acuit Faber calamum, & ſcribit hunc in modum. 1. Obiectio Fabri.
Primum. Mariales ſupradixit in homine eſſe inclinationem naturalem ad actus ſupernaturales; ſed indirectè & remotè nunc abſolutè negat eſſe inclinationem naturalem, & vult eſſe purã capacitatem, & potentiam neutram & ſibi contradicit certè potentia neutra etiam per Mariales non dicit inclinationem nec proximam, nec remotam, ſed excludit omnem inclinationem, & repugnantiam, ergo ſi capacitas gloriæ quæ eſt propria ſoli homini eſt inclinatio naturalis ad actus ſupernaturales (remota, & indirecta) non eſt pura capacitas & pura potentia, ſed capacitas & potentia naturalis ſaltim remota, & indirecta.

Secundò. Conſideratione dignum eſt, ait, quod Mariales aſſerit, potentiam, & appetitum hominis ad beatitudinem eſſe potentiam neutram id enim apertè dicit Controu. 12. capit. 4. reſponſ. ad vlt. vbi ſepiſſimè repetit, ꝙ potentia eſt capax actuum ſupernaturalium eo modo quo potentia neutra; ex quo infert quod ſicut potentia neutra non eſt naturalis, ita illa capacitas naturalis in homine, non eſt potentia naturalis, quod diſertè tradit, & Controuerſ. 8. cap. 2. not. 6. his verbis: ſi ergo potentia inclinatur ineuitabiliter eſt naturalis, ſi non inclinatur, nec reluctatur eſt ſupernaturalis, ergo potentia, quæ eſt in homine ad beatitudinẽ ſecundum Mariales eſt neutra, quia nec inclinatur ad eam nec reluctatur, quod tamen abſonat, vt patet. 2. obiectio.

Ex eo autem, quod Mariales concedit potentiam ad gloriam eſſe potentiam neutram habet concedere conſequenter, & quæ ſequuntur. Primum Quod homo nõ magis inclinetur ad viſionem beatam, quam ſuperficies ad albedinem, & nigredinem, vtrinque enim eſt potentia neutra. Secundo, Quod homo ſit capax viſionis beatæ cum indifferẽtia ad inclinationem, & ad repugnantiam, proinde quod non ſit plus ex natura ſua inclinatus ad feli- 3. Obiectio

licitatem ad quam conditus eſt, quàm ad oppoſitam miſeriã, potentia enim neutra æquè indifferenter ſe habet ad oppoſita. Tertio, Quod homo ſecundum ſuam ſubſtantiam ſit indifferẽs ad ſupernaturalem perfectionem, & per aduentitium accidens luminis gloriæ acquirat inclinationem eſſentialẽ ad gloriam. Quarto, Quod actus beatificus non magis perficiat potentiã exiſtentem in natura humana, quam actus neuter potentiam neutram, vel ſi plus perficit, dicatur plus perficere, quia ſecundum ſe eſt actus perfectior, & non quia potentia animæ ad eum plus inclinetur. Quinto, Quod natura humana non plus inclinetur in veram ſuam beatitudinem, quam ad vnionem hypoſtaticam verbi, quæ non eſt finis eius ordinarius, ad quam miraculosè ſemel aſſumpta eſt, & ad quã non habet niſi potentiam neutram, quod eſt abſurdum. Sexto, Quod nõ omne, quod mouetur ad finem moueatur ad illum naturaliter, ſed ſolũ, quando finis eſt naturalis, (experientia teſtante potentiam neutram, & violentatam moueri ad actum violẽtum, & neutrum, vt ad finem, & tamẽ non moueri naturaliter) quæ omnia licet Mariales libentiſſimè concedat, tamen ſingula abſurda ſunt, & præſertim hoc vltimũ, in philoſophia enim, & Theologia eſt inauditum, quod aliqua potentia moueatur à ſe, ad finem & talis finis non ſit illi naturalis, & conueniens: omnis enim potentia refugit actum violentum, & non curat nec ex ſe tendit in actum neutrum, cũ ad illum ſit indifferens, & nos non poſſimus aliunde iudicare, motum alicuius potentiæ eſſe naturalẽ, niſi quia tendit in finem illius potentiæ, ergo cum natura humana tendat ex ſe in in Deum (vt ait D. Aug. feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec quieſcat in te) dicendum & hunc motum eſſe naturalem. i. non ſupra inclinationem, & naturæ pondus, ſed ex inclinatione, & pondere naturæ prouenientem, & certè negare inquit, hominem eſſe naturaliter propenſum ad beatitudinem, eſt negare experiẽtiã, & ſenſum, ad ſenſum enim experimur nos inclinari ad beatitudinem, quo fit vt in nulla re creata (neq; etiam in contemplatione Dei, & ſubſtantiarum abſtractarum in hoc ſtatu) quieſcamus, ſed inclinemur ad perpetuitatem, & ad fęlicitatem ſemper maiorem vſque ad infinitam, ſi autẽ hæc inclinatio non ineſſet nobis ex principijs naturæ, ſed ex lumine gloriæ, & charitate, profecto cum illis in hac vita careamus, carere [illegible] ~iã his ſtimulis, quos non ſentiens Mariales in ſeipſo exuit humanitatem quando hæc ſcripſit vnde, &c.

Solutio. Ieſu bonæ quot chymeras, quot mendacia (ne dicam deliramenta) Illuſtris hæc ſtygiæ paludis lãterna ad noſtrum oricozontem exſcintillauit. Audi Lector ſingula per ordinem quã facile corruant, & rideas. Ad primũ. R. Reſpon.

Primum. Inſimulas ò Faber Marialem de inconſtantia, quod prius concedat in homine eſſe naturalem inclinationem, remotam, & indirectam ad beatitudinem, nuuc autem abſolutè eam neget, volens eſſe meram capacitatem, & potentiam neutram; hoc eſt mendacium manifeſtum: concedit quidem Mariales in homine inclinationem remotam, vt ſupra, cæterum huic enunciato non aduerſatur, quod hic neget eſſe inclinationem, quia de vnoquoque abſolutè concedi poteſt, quod ei conuenit ſecundum cauſas proximas, non ſic quod non conuenit niſi ſecundum cauſas remotas, vt docemur 1. poſter. homo autem non habet naturalem inclinationem directã, & immediatam ad gloriam, ſed ſolũ remotam, & indirectam, & quodammodo perconcomitantiam, vt Mariales declarat Contr. 10. ideo abſq; contradictione abſolutè dicere potuit hic, quod homo non habet inclinatiõnẽ ad beatitudinem ſupernaturalem, & cum clauſula diminuente dicere potuit ſuperius, quod homo habet inclinationem remotam, & indirectam ad

illam quod autem ſit in potentia neutra, nec vel per vmbrā inuenitur ſomniatum in Mariales, ſed ſolum, quod ſit in potentia obedientiali, vt videre eſt Controuer.10. & deinceps, ergo immerito imponis Faber Doctoribus oppoſitum eius, quod docent.

1.Reſpōſio. Et cum ſubiungitur, quod ſecundū Mariales, potentia neutra excludit omnem inclinationem: ex ore tuo te iudico Faber magne, ergo iam Mariales non tenet potentiam ad gloriam eſſe potentiam neutram excludentem omnem inclinationem ſecundum illum tàm rectam quàm indirectam, vt tu illi imponis vult enim (vt tu ipſe refers) hominem habere inclinationem indirectam, & remotam ad gloriam, ergo imponis illi falſum, itaque ſecundum Mariales, potentia neutra, nullam inclinationem admittit, nec propinquā, nec remotam, nec directam, nec indirectam, nec explicitam, nec implicitā: potentia naturalis includit inclinationem explicitam mediatam, & immediatam: potentia violenta excludit inclinationem, & addit reluctantiam in actum violentum, potentia obedientialis excludit reluctantiam, & inclinationem explicitam directā, & propinquam, & admittit inclinationem implicitam, & remotam, Faber autem inter hæc non diſcernens æquiuocat de more à potentia obedientiali, ad potentiam neutram, & ecōtra, & ſcribit admiranda documenta, quæ relata ſunt.

Ad ſecundū 1.Reſpōſio. Secundo dicis Faber eſſe dignū conſideratione, quod Mariales ponit potētiam ad gloriam eſſe potentiam neutram: non cōſideratione, dico ego, ſed riſu, & ſtupore dignum eſt quod tu Faber non erubeſcas, tam manifeſta mendacia Mariali imponere, & inde tot alia abſurda deducere, quæ deducis: legatur Mariales Contr.12. cap.4. in reſponſione ad vltimum, & inuenietur, quod non dicit: potentiam ad gloriam eſſe capacem gloriæ, eo modo quo potentia neutra eſt capax actus neutri, ~~& quod~~ nec infert ſicut potentia neutra non eſt naturalis, ita nec potentia ad gloriam (vt Faber mēdaciter refert) ſed dicit ſic. quamuis, inquit, capacitas ad gloriam ſequatur naturam, & ex naturæ principijs proficiſcatur, non tamen propterea ſequitur, quod ſit potentia naturalis, non ēt potentia neutra ſequitur naturam, & ex principijs naturæ dimanat, & tamē non eſt potentia naturalis, ideò pari modo capacitas ad gloriam poteſt ſequi naturam, & ex naturæ principijs fluere, & tamen non eſſe potentiæ naturalis, & inclinata ad gloriam, ecce Scotiſtarum tuba, non dicit Mariales potentiam ad gloriam eſſe capacem illius, modo quo potentia neutra capax eſt actus neutri (notum enim eſt lippis, & tonſoribus potentiam neutram eſſe capacem actus neutri, cum negatione inclinationis repugnantiæ & exceſſus, potentiam autem obediētialem eſſe capacem actus ſupernaturalis, cum negatione inclinationis explicitæ, propinquæ, & cū exceſſu actus ad illam) ſed dicit, quod ſicut potentia neutra fluit ex principijs ſubiecti, & tamen non ob id habet, vt ſit inclinata ad actum neutrum, nec potentia naturalis, ita capacitas ad gloriam poteſt fluere ex principijs naturæ, & tamen non eſſe inclinata, nec potentia naturalis ad illam. Tu Faber autem ſiniſtrè exponens omnia, refers, quod velit potentiam eſſe capacem gloriæ (eo modo quo potentia neutra eſt capax actus neutri proinde, &c.

2.Reſpon. Cū aſſertur alius locus, in quo Mariales dicit, ſi potentia non reluctatur nec inclinatur, eſt obedientialis, ſi inclinatur eſt ineuitabiliter naturalis: dico hoc teſtimonium euidenter conuincere capacitatem ad gloriam, ad quam nec inclinatur nec reluctatur eſſe potentiam obedientialem non potentiam neutram, quam Mariales (ſecundum Fabrum ipſum vult omnem inclinationem excludere, ergo falsò Faber illi imponis, quod velit potentiam ad gloriam eſſe potentiam neutram.

Dico

Dico ſecundo, Mariales ibi obiter loqui de potentia ad actum ſupernaturalem vnde, & ſe remittit ad Controuerſiam nonã, & præterea ibi agit de potentia ad actus ſupernaturales, & quærit an naturalis, vel ſupernaturalis dicenda ſit ideò ſtando in ea ſubiecta materia, (de potentia naturali, & obedientiali) optimè dicit, ſi potentia inclinatur ad actum, eſſe naturalem ſi nec inclinatur, nec reluctatur eſſe potentiam obedientialem, Contr. autem 7. vbi ex profeſſo examinat, vnde habeat potentia, quod ſit naturalis, ſupernaturalis, violenta, vel neutra, tradit regulas ſecundum quas hac in re philoſophandum eſt ad quas me remitto, vnde &c.

Ad tertium 1. Reſpon. Deſtructo autem illo Fabri fundamento, quod Mariales teneat potẽtiã ad gloriam, eſſe potentiam neutram, corruunt conſequenter omnia illa abſurda, quæ ex tali fundamento contra Mariales deducit, nouitijs tamen diſcurrendo breuiter per ſingula: ad primum nego aſſumptum, alius enim eſt modus ſe habendi potẽtiæ neutræ ad actum neutrum, alius modus ſe habẽdi potentiæ receptiuæ gloriæ, ad gloriam, quæ potentia, ſecundum Mariales, eſt obedientialis non neutra, vt probatum eſt.

2. Reſpon. Ad ſecundum nego Antecedens, & conſequentiam; potentia enim neutra indifferenter ſe habet ad oppoſita potentia autem ad gloriam, non eſt neutra, ſed obedientialis, & non indiffereñter ſe habet ad oppoſita, ſed ad vnum poteſt habere repugnantiam, puta ad miſeriam, & ad aliud (ſ. ad gloriam) inclinationem ſaltim remotam, ideò quilibet appetit eſſe felix, & refugit eſſe miſer.

3. Reſpon. Ad tertium nego hominem eſſe indifferentem ſecundum ſuam ſubſtantiam ad gloriam, & per lumen gloriæ acquirere inclinationem eſſentialẽ ad illam; certè nec tonſor caprarum diceret hanc inſaniam; homo ſecundum ſuam ſubſtantiam venerãdę ſenex eſt capax gloriæ, ſed non inclinatur ad illam naturæ pondere, ob rationes ſuperius adductas, per habitus autem ſupernaturales fidei ſpei, & charitatis in via, & luminis gloriæ in patria, fit inclinatus, non eſſentialiter, ſed habitualiter ad gloriam, & non eſt idem dictu eſſe indifferens ad aliquid, & eſſe capax ſine inclinatione ad illud. Sicuti nec idem dictu eſt eſſe inclinatum habitualiter, & eſſe inclinatum eſſentialiter, vt confundens omnia tua Paternitas indicare videtur.

Ad quartum nego Antecedens; gloria enim perficit hominem, magis quã actus neuter potentiam neutram, tũ quia eſt maior perfectio ſecũdum ſe, actu neutro, tum quia ad illam eſt inclinatio implicita, & remota, ad actũ autem neutrum non item, præterquã quod excluſa omni inclinatione, nullum eſt abſurdum concedere, actum ſupernaturalem plus perficere potentiam actu neutro, non quia in potentia ſit plus inclinationis, ſed quia gloria eſt maior perfectio, & maior perfectio plus perficit ſubiectum capax, quam perfectio minor, quod negare, videtur ignorantia terminorum. 4. Reſpon.

Ad quintum concedo humanitatẽ non plus inclinari ad gloriam, quam ad vnionẽ hypoſtaticam, cum inſtatur, quod ad gloriam ordinatur, vt ad finẽ vltimum, ad vnionem hypoſtaticam non item, dico capacitatem ad gloriam, & ad vnionem hypoſtaticã poſſe dici naturalem ſubiectiuè (quatenus in natura ſubiectatur, & ab illa dimanat non autem obiectiuè, vel inclinatiuè, vt Mariales declarat vbi ſupra, & licet homo ordinatur ad gloriã vt ad finem, non obſtat, quia non ordinatur naturaliter, ſed ſupernaturaliter, vt ſupponitur probatum à Mariales, & alijs Thomiſtis, Controu. 1. ideo talis ſupernaturalis ordinatio nihil inclinationis. Confert ad gloriam, contra id quod Faber chimerizatur. 5. Reſpon.

Ad ſextum Faber certè ludis, non arguis; verum eſt eſſe implicantiam in terminis potentiam à ſe moueri ad finem; & non moueri naturaliter, at nõ 6. Reſpon.

ſic

ſic loqueris amicè in prologo diſp. 8. cap.2.num.5.ſed ſic. Omne(ais) quod mouetur ad finem, naturaliter mouetur ad illam, abſolutè enuntias, quod omne quod mouetur ad finem, naturaliter mouetur, & non apponis illam reſtrictionem, quam ponis nũc (de ſe) omne quod a ſe mouetur, &c. Et illud aſſumptum ſic abſolutè prolatum, impugnat Mariales dicens eſſe falſum, quia contingit aliquid moueri ad finẽ, & à ſe naturaliter, & ab alio violenter, vel neutre, vel obedientialiter, vt cum homo mouetur ad finem ſupernaturalem: nunc autem poſtquam Marialis Controuerſias peruolutaſti, corrigens quæ in ſententijs ſcripſiſti, dicis te loqui de eo, quod mouetur ad finem, non quomodolibet, ſed à ſe ipſo? expoſitio in ſe ipſa vera eſt, ſed non te liberat, quin in ſẽtẽtijs minus cautè locutus fueris, & iure impugnatus fueris à Mariales. Adde quod ſecundum hanc tuam explicationem, tuus diſcurſus hic, & in ſententiis peteret principium, & falſum aſſumeret: vis enim diſcurſus eſſet hæc, omne quod à ſe mouetur ad finem, naturaliter mouetur; ſed homo à ſe mouetur ad gloriam ſupernaturalem, ergo naturaliter mouet; minor eſt falſa, & aſſumit id quod in dubiũ vocatur; falſum enim hominem ex ſeipſo moueri ad gloriã, & hoc eſt de quo diſputatur, vtrũ homo ex natura ſua feratur in ſupernaturalia, an potius ex ſupernaturali Dei dono, tu autem aſſumis, quod ex natura ſua, & habes hoc vt certum, nos dicimus, quod ex gratuitò Dei dono iuxta diffinitionem eccleſiæ ſuperius relatam contra Michaelem Baium, & iuxta illud D. Auguſtini; feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum donec requieſcat in te (vbi in Deum vt in extrinſecum rapientem, medijs habitibus infuſis, fini ſupernaturali proportionatis cum Thomiſtis non in naturæ pondus, & inclinationem, naturaliã non traſcendentẽ confictam à Fabro, vt in primam radicẽ, refundit Sanctus Pater inquietudinẽ cordis noſtri, de quo Mariales Contr. 12.cap.3.ratione 8.) ideò & falſum aſſumis, & petis principium Faber in tua Minori per conſequens quoquo te vertat in laqueum incidis.

D. Auguſt.

7. Reſpon. Ad vltimum dico aliud eſſe nõ ſentire ſtimulum ad gloriam, aliud non ſentire illum ſtimulum eſſe pondus & inclinationem naturæ, Mariales ſentit primum ſtimulum cum Thomiſtis, Faber volens emulari Deum, vocantem ea, quæ non ſunt, vt ea quæ ſunt, ſentit ſecundum ſtimulum, qui re vera non datur ſecundum diffinitionem Summorum Pontificum ſuperius relatam contra Michaelem Baiũ, & latè demonſtrat Mariales Con. 8. & deinceps, ideò non Mariales dehumanatus, ſed Faber allucinatus?

8. Reſpon. Dico ſecundo omnes appetere beatitudinem in communi, quę eſt omne bonum, & hinc prouenire, quod in nullo bono creato aliquis quieſcat q̃a in nullo eorum omne bonum (quod naturaliter appetit, inuenit, & qui nõ ſentit hunc naturalem ſtimulum verè homo non eſt, at hoc totum ab re eſt, quia diſputatio præſens eſt vtrum detur naturalis inclinatio ad beatitudinem ſupernaturalem, conſiſtentem in clara Dei viſione, & non an detur inclinatio ad beatitudinem in communi, abſtrahentem à naturali, & ſupernaturali, & de ſupernaturali, ſola loquitur Mariales, cum dicit non eſſe naturale pondus ad beatitudinem, vt videre eſt apud illum Contr. 10. ideò non Mariales dehumanatus, ſed Faber impertinens.

9. Reſpon. Dico tertio Marialem non dicere inclinationem habitualem ad claram Dei viſionem, prouenire ſolum ex lumine gloriæ, vt tu Faber infideliter referſ, ſed ex illo in patria, & ex habitu fidei ſpei, & charitatis in via, audi vnã periodam Marialis Contr. 12.capit.3. rat.8.verſus finem; §. cæterum, & erubeſce ſcribere, quæ ſcribis tendentia (inquit Mariales) cordis noſtri in Deũ non eſt naturæ propenſio, vt Faber ſomniat, ſed vel deſiderium elicitum,

vel ſupernaturalis inclinatio ſpei, & charitatis inhærentis appetitui,ad Dei viſionem creditam, & ſperatam iugiter ſtimulans appetitum ad illam, & proinde reddens illum inquietum in quocunque alio bono creato? ergo falsò amice refers dicta Mariales, & periculosè,ne dicam peius, aſſeris nos in hac vita carere charitate contra illud,credo Sanctam Eccleſiam quæ Sãcta ſine charitate eſſe non poteſt, verba tua formalia.

Si hæc inclinatio ad gloriam non ineſſet nobis à principijs naturæ, ſed ex lumine gloriæ, & charitate profectò(erige aures Faber ad tua propria dicta)cum illis in hoc vita careamus, etiam his ſtimulis careremus. Cum ergo Mariales non ſentiat huiuſmodi ſtimulum, vt hominem dehumanatũ dimittamus. En lector beneuole perſpicuè negat Faber nos in hac vita carere lumine gloriæ,& charitate,quod eſt hæreticum(quoad charitatem attinet.) Poſſet quidem Marialem aſſumere illud;hominem hęreticum de vitat ſed abſit: Marialis modeſtia quantũlibet impertinenter laceſſitã,non aſſolet malum pro malo reddere: Ego ergo qui eius diſcipulum (licet indignũ) me glorior pro conuitijs,quæ in illum Faber intuliſti(precor tibi à Deo Optimo Maximo reſipiſcentiam, & lumẽ) ſaltim in hac vltima tua ſenectute.

CONTROVER. VLT.

Recte ne decernit Mariales cum Thomiſtis Theologiam uiatricem eſſe uerè ſcientiam Theologiæ Dei, & Beatorum ſimpliciter ſubalternatam? quid ualent, quę Faber nouiſſimè in contrarium obiecit?

Conclusio. Theologia viatrix eſt verè ſcientia,vereq; ſubalternatur Theologiæ Dei, & beatorum,quæ Faber nouiſſimè obiecit in cõtrarium nullius ſunt momenti. Prima pars aſſerti probatur latè à Mariales à Controuer.13. vſq; ad 19.incluſiuè,vbi dicit oẽ dicibile in hoc propoſito, videãtur ſcripta ibi. Secunda pars. Probatur diſcurrendo breuiter per ſingula Fabri obiecta,& comminuẽdo: exorditur ergo à conuitijs contra Marialem hunc in modum, non eſt laborãdum (inquit)adducere, & cõfutare abſurda Mariales. Hoc vnum ſufficiat, quod apertè profitetur ſe recedere ab Ariſtotele in explicatione diffinitionis propriæ ſcientiæ. Nam cũ Scholaſtici diſputant an Theologia ſit ſcientia,profitentur diſputare,an ſit ſcientia,ſecũdum quod Ariſtot.ſciẽtiam diffiniuit, & de ea locutus eſt, vnde D. Thomas comparat Theologiam viatorum ſciẽtiæ perſpectiuæ, & muſicæ, & vult, quod eo modo ſe habeat ad Theologiã diuinam,& beatam,quo ſe habet perſpectiua ad geometriam, & muſica ad arithmeticam,quæ ſunt ſcientiæ ſubalternæ ſecundum Ariſt. ergo cum Mariales,& alij ſecum ſentientes non velit diſputare,an Theologia ſit ſcientia, ſecũdũ canones Ariſtotelis, ſed prout ipſe ſibi fingit diffinitionem propriã ſcientiæ,fit vt fugiat difficultates,quas ſuſtinendo communem doctrinam, & ſignificatum terminorum ſoluere ſe non poſſe cognoſci; item niſi accipiantur termini ſecundum communem ſignificatum terminorum, ſuſtineri poſſet etiam hominem eſſe aſinum, quia diceretur nomine aſini intelligi nõ id,quod communiter intelligitur, ſed animal ſentiens,ergo perperã Mariales accipit ſcientiam aliter quàm Ariſt.eam diffiniuit,& ita &c.

1. Fabri obiectio.

2. Obiectio.

Solutio. Ego exordiar Faber non à contumelijs (vt tu feciſti) ſed à tuis laudibus;nota lector,noſtri Fabri artificium,cum vidiſſet ſe non poſſe reſpõdere his quæ Mariales ſcripſit in Controuerſijs citatis, quibus dogmata Fabrilia à fundamentis proſternuntur, more ſcytarum,fugiens iacula iacit,& ſuum in Mariales defectũ detorquens dicit ſe nõ omnia Mariales dicta adducere,& impugnare,quia ſingula abſurda ſunt, Nouus, & omni laude dignus

Solutio.

gnus oppoſitionibus ſatisfaciēdi modus; at abſurda quæ retulit videamus quam neruoſè reijciat, & ex eorū reiectione, reliqua ſi adduxiſſet, quàm profundè propulſaſſet, conijciamus.

Ad primum 1. Reſpon. Primum exageras Faber Marialem recedere ab Ariſt. circa diffinitionem ſcientiæ propriè dictæ. Interrogo licet ne aliquando ab Ariſtotele recedere, an non? ſi non, quomodo tu conſideratione quinta fol. 75. dicis Theologos debere recedere ab Ariſt. cum ait, naturam nō inclinari niſi in id, quod naturaliter acquiri poteſt, fide docente hominem eſſe ordinatū ad finem naturaliter inacquiſibilem (quod tamen quàm futile ſit, ibidem demonſtratum eſt) ſi ſic quomodo impropetas Mariali, quod ab illo recedat? non vides vir docte, te repręhēdere in alio, de quo tam conuictus, & condemnatus es? verùm falſum eſt, quod Mariales profiteatur ſe recedere ab Ariſt: proferamus in medium eius verba, & apparebit tuum mendacium: verba Mariales ſunt hæc, Controuer. 14. cap. 1. notab. 2. formalitas (inquit) ſcientiæ non eſt, quam Ariſtot. tradidit. 1. poſt. miſcet enim in diffinitione ſcientiæ, quàm ibi tradit, multas imperfectiones, puta quod eſt habitus, quod eſt de nouo acquiſitus, & per diſcurſum ſyllogiſticum, & ſimilia, quæ conſtat ſecundum veritatem, & ſecundum Ariſt. ipſum ſaluari non poſſe in ſcientia perfectiſſima, qualis eſt quæ in Deo, & in Angelis, & tamen ſi eſſent de formalitate veræ ſcientiæ, neceſſariò reperiri deberent, quia implicat aliquid ſaluari ſine eo, quod eſt de intrinſeca eius ratione formali, vt hominem ſine rationalitate, mens ergo Ariſt. nō fuit diffinire perfectam ſcientiam abſolutè, ſed tantum perfectam ſciētiam humanam, & propterea in ea miſcuit diſcurſum homini proprium, quem optimè nouit in Deo, & Angelis reperiri non poſſe, item ſcientiam humanam diffiniuit in eo rigore ad cuius exemplar nullam reperies, & tamen omnes vocantur veræ ſciētiæ, quia ad illam aliqualiter accedunt, & quanto plus, vel minus accedunt tanto plus, vel minus perfectæ cenſentur: ecce Faber non dicit Mariales; ſe nolle ſequi Ariſt. circa diffinitionem ſcientiæ (vt falsò tu illi imponis) ſed dicit Ariſtot. 1. poſter. non intendiſſe diffinire ſcientiam propriè dictam abſolutè, ſed ſolum ſcientiam acquiſitam per diſcurſum, & ex naturalibus (qualis non eſt Theologia viatrix) & ruſſus intendiſſe diffinire ſcientiam non diffinitionē tali, quàm quilibet habitus quoad ſingulas eius cōditiones participare debeat, ſi vera ſciētia (etiam imperfecta) eſſe habeat, ſecus (vt tetigi) nullus habitus eſſet vera ſciētia, quia nullus eſt cui plures ex eis conditionibus nō deſint, ſed diffinitione tali, quam ſufficit, ſi quo ad aliquas eius conditiones habitus participet, vt vera ſcientia ſit, ergo falsò refers Faber quantum refers ex Ariſtot. & Mariales.

Et cum adiungis Doctores diſputare, an Theo. viatrix ſit ſcientia ſecūdum quod Ariſt. 1 poſter. eam diffiniuit, dico hoc eſſe falſum (cum enim Ariſtot. ibi ſtatuat ſcientiam eſſe ex notioribus, & ex accidentibus naturaliter, fatuum eſſet quærere an Theol. viatrix, quæ incumbētibus fidei articulis, vt principijs innititur ſcientia ſit, veluti ſi quæreretur, an tenebroſum ſit lucidum) ſed intendunt diſputare, an Theolog. viatrix habeat veram formalitatem ſciētiæ propriè dictæ, quāliſcunq; illa ſit, id quod expreſsè notauit Mariales, vbi ſup. ad quod tamē Faber nec vel verbum reſpondet. 2. Reſpon.

Et cum additur, quod Diuus Tho. vult Theolog. viatricem ſe habere ad Theolog. diuinam, & beatam, ſicut ſe habēt perſpectiua ad Geometriam, & Muſica ad Arithmeticam, quibus verè ſubalternantur ſecundum Ariſt. dico, hoc eſſe impertinens, cōparatio enim fit quantum ad ſubalternationem, & indicatur, Theologiam ſimpliciter ſubalternari Theologię Dei, & beatorū, ſicut Muſica ſubalternatur Arithmeticæ, & non indicatur, quod D. Th. loqua- 3. Reſpon.

loquatur de ſcientia ad exemplar ſciẽtiæ diffinitæ 1.poſter.(vt Faber neſcio vnde deducit: dato tamen quod hoc indicaretur, eſſet contra Fabrum, ſenſus enim eſſet, quod ſicut Muſica eſt vera ſcientia de 1.poſter. non obſtante, quod non habeat de ſe euidentiam ſuorum principiorũ, quia quando diffinitur ſcientia, cum tot conditionibus vt diffinitur 1.poſter. non intelligatur quod ſolus habitus, qui omnes eas cõditiones continet vera ſcientia ſit, ſed quod qui continet plures ex eis, & pręſertim principales, ſit ſciẽtia perfectior vel imperfectior, ita Theologia viatrix eſt non habeat quid etiam ſuorum principiorum, ſed ea credat, tamen poteſt eſſe vera ſcientia ſubalternata ad exemplar ſcientiæ diffinitæ 1.poſter. in ſenſu, vt ſupra, & ſic tua probatio Faber adeò elegans eſt, vt probet oppoſitum intenti; cum vlterius addis, quod Mariales nolens diſputare, an Theologia viatrix ſit ſcientia iuxta diffinitionem traditam ab Ariſt. fuggit difficultatem, cui deſperat ſe poſſe ſatisfacere, iam ex relatis ex Mariales patet, hoc eſſe apertum mendaciũ, expreſsè enim contextatur Ariſt. non intendiſſe diffinire ſcientiam abſolutè, ſed ſolũ ſcientiam naturaliter acquiſitam, & illam etiam diffiniuiſſe, diffinitione intelligenda cum moderamine nuper adducta iuxta quod dici poteſt Theologiã eſſe veram ſcientiam etiam de primo poſteriorum (imperfectam tamen) vt Mariales explicat Controuer. 13. 14. & deinceps vnde &c.

4. Reſpon.

5. Reſpon.

Ad ſecũdũ. Quod demum adiũgitur de homine, & de aſino indignum eſt reſponſione: ibi enim mutatur formale ſignificatum huius vocabuli (Aſinus) vbi in propoſito non mutatur formale ſignificatum huius nominis (ſcientia) imò iam dictum eſt, Ariſto. 1. poſt. non intendiſſe tradere formalitatem ſcientiæ naturaliter acquiſitæ, quam etiam formalitatem vult debere accipi cum moderamine iam relato, ſecundum quam formalitatem moderatam, vt ſupra, etiam Theologia viatrix eſt verè ſcientia (imperfecta tamen, vt vbi ſupra Mariales declarat, ideò ab re adducitur inſtantia, quæ adducitur.

An Ariſt. alicubi ex profeſſo tractauerit de ſcientiarum ſubalternatione, & quot conditiones ad eam neceſſarias indicauerit.

Adnititur deinde Faber labefactare doctrinam, quam Mariales tradit de ſubalternatione Theologiæ viatricis, ad Theologiam Dei, & beatorum, & obijcit hunc in modum. 1. Obiectio Fabri.

Primum (inquit) Marialis doctrina de ſubalternatione noua eſt, & contraria Ariſtot. 2. falſum eſt, ait, quod Theologia viatrix cum ſit ineuidens, ſit verè ſciẽtia, de cuius ratione eſt euidentia ſecundum Marialem ipſum. 2. obiectio.

Tertio dicendo Mariales ſe non legiſſe Ariſt. alicubi ex profeſſo tractare de ſcientiarum ſubalternatione oſtendit ſe parum in Ariſt. verſatum primo enim poſt. cap. 2. ad finem text. 69. expreſsè determinat eſſe tres cõditiones neceſſarias ſimpliciter ad ſubalternationem, tactas à Scoto, nimirum, vt ſit de diuerſis obiectis, quod diuerſitas ſit accidentalis, non eſſentialis, & tandem, vt ſubalternans faciat ſcire propter quid, ſubalternata ſolum quia eſt, quæ ſingula longa verborum faragine abſq; neceſſitate oppoſitũ probat, ſed pertranſeo. 3. Obiectio.

Quarto ſtomacor, inquit, adducere omnia abſurda, quę Mariales docet in hoc propoſito. 4. Obiectio

Solutio. Si tantum rationum attuliſſes Faber ad impugnandam Marialis doctrinam, quantum attuliſti verborũ, profectò longè laudabilius egiſſes, verum, & inutilis hæc tua verborũ pharago quãtum Marialem lædat videamus. Ad primum

Primum dicis Marialis doctrinam de ſubalternatione eſſe nouam, & Ariſtoteli repugnantem: ſi ita eſt replico ego cur rationes quibus Mariales no-

uam ſuam doctrinam probat non adiuis? non ſoluis? nõ proſternis? quid? ſtomacaris? inſanum effugium tuorũ parium, erubeſcimus, dicebat Cicero, cum ſine ratione loquimur, quanto magis cum ſine ratione alium reicimus? lege lector Contr. 18. & inuenies doctrinam, quam Mariales tradit de ſcientiarum ſubalternatione eſſe deſumptam ex D. Thom. Caiet. & alijs antiquis Thomiſtis imò ex Ariſt. ipſo & tu Faber doctrinam nouam appellas; quia bene dicitur 1. metaphyſ. admiratio ignorantię partus, ignaro noua omnia.

Ad ſecundũ. Deinde dicis Theologiam viatricẽ cum ſit ineuidens nequire eſſe ſcientiã ſubalternatã de cuius ratione eſt euidentia ſecũdum Marialẽ ipſum quomodo euidentia ſit, vel non ſit de ratione ſcientiæ lege copioſe explicatũ apud Marialem per quatuor Controuerſias 13. 14. 15. & 16. vbi reperies ſoluta omnia, quæ Faber ſomniare valuit.

Ad tertium. Tertio laceras Marialem; quod in Ariſt. verſatus non ſit, videamus vter veſtrum in Ariſtoteles ſit magis verſatus; Mariales dicit (quantum ipſe obſeruauit) Ariſtoteles nullibi ex profeſſo de ſcientiarum ſubalternatione tractare, ſed ſolum 1. poſt. lect. 25. apud D. Tho. explicitè declarare, quæ ſint ſcientiæ ſubalternatè, & indicare implicitè quæ ſint earum cõditiones: tu verò dicis Ariſtot. 1. poſt. cap. 7. tex. 69. ex profeſſo de eis agere, & tradere tres conditiones neceſſarias ad veram ſubalternationem; primum. Ariſt. loco à te citato non agit de ſciẽtiarum ſubalternatione, ſed explicat quomodo demõſtratio ſit ex principijs proprijs, & non ex cõmunibus, & ex extraneis, ſtatuens hoc dogma, quod non licet tranſire de genere in genus, niſi quãdo ſcientiarum obiecta ſunt idẽ, vel ſimpliciter, vel ſecundũ quid: dicitur obiectum idem ſimpliciter, cum differẽtia per quam contrahitur non eſt extra naturã illius, vt animal, & homo ſunt idem obiectũ ſimpliciter, quia rationalitas, per quam animal ad hominẽ contrahitur, non eſt extra animalitatem, dicitur obiectum idem ſecundũ quid, cum differentia perquam contrahitur, eſt extra naturam illius, vt numerus obiectum Arithmeticæ, & numerus ſonorus obiectum muſicæ, ſunt idem obiectum ſecundum quid, quia ſenoritas per quam numerus cõtrahitur (eſt extra naturam numeri) ecce Faber omnia, quæ refers ex Ariſt. dicuntur ab illo incidenter, & occaſione explicandi demonſtrationem non eſſe ex principijs extraneis, quomodo ergo probas contra Marialem Ariſtotelem, ibi ex profeſſo tractare de ſcientiarum ſubalternatione, & tradere explicitè tres conditiones neceſſarias ad ſubalternationem, quas tu cum fingis, & ex verbis eius pluſquam violenter deducis? è Regione lege tu locũ citatũ à Mariales 1. poſt. lect. 25. apud D. Thom. & inuenies Ariſt. occaſione explicandi in quo differant demonſtratio, quia & propter quid, tum in eadẽ ſcientia, tum in ſcientijs diſparatis, & ſubalternatis, tradere explicitè diffinitionem ſciẽtiarum ſubalternatarum, & dicere ſubalternatas eſſe, quarum vna eſt ſub alia, vt perſpectiuam ſub Geometria, implicitè indicãs ad ſubalternationem requiri conditiones, quæ inter perſpectiuam, & Geometriam exercentur, vt Mariales declarat Contr. 18. cap. 1. not. 1. ergo bene dicit Mariales Ariſto. nullibi ex profeſſo agere de ſcientiarum ſubalternatione, & loco à ſe citato, expreſſius quam vſquam alibi (incidenter tamen) de ea agere, & tu Faber contra inaniter, tempus, papirum, & atramentum perdidiſti, multa ſcribens, & nihil probans in oppoſitum. Reliqua quæ aglutinas de conditionibus requiſitis ad ſubalternationem reiecta ſunt à Mariales vbi ſupra cõtra quæ tenebaris aliquid replicare quod non feciſti, & iterũ reiecta remanebunt ex mox dicendis.

An

An uerum ſit ad ſubalternationem, unam tantum condictionem eſſe ſimpliciter neceſſariam, nimirum, ut habeat principia de ſe non euidentia, & euidenter cognoſcibilia ſolum in ſcientia ſuperiori.

PRogreditur Faber vlterius; ex his, inquit, patet vaniſſimam eſſe aſſertionem Mariales nimirum, ad ſubalternationem vnam tantum conditionem eſſe neceſſariam ſimpliciter, vt ſ. ſcientia ſubalternata habent principia de ſe non euidentia, & euidenter cognoſcibilia ſolum in ſcientia ſuperiori, hæc conditio, ait, non ſolum nõ habetur in Ariſt. ſed, & doctrinæ eius repugnat. Non habetur quidem in Ariſto. nam dicit ſolum, quod ſciẽtia ſuperiori ſubalternans, facit ſcire tantum propter quid, ſcientia verò ſubalternata non facit ſcire ſuas concluſiones propter quid: at non propter hoc dicit eſſe de ratione ſcientiæ ſubalternatæ, vt eius principia ſint ex ſe ineuidentia, imò dicit habere euidentiam maximã, quia facit ſcire, quia eſt, ſcire enim quia eſt de aliqua propoſitione, eſt ſcire à poſteriori, & ab effectu, quæ eſt notitia euidens, licet ignoratur cauſa.

1. Fabri obiectio.

2. Obiectio. Repugnat deinde præfata cõditio ſcientiæ ſubalternatæ, nam cum euidẽtia ſit de eſſentia ſcientiæ in communi, & in genericè ſecundum Marialem ipſum, & illa oriatur ex euidẽtia principiorum; neceſſe eſt, vt cõpetat quoque ſpeciebus ſcientiæ, quales ſunt ſciẽtiæ ſubalternatæ.

3. Obiectio. Tandem obſeruandum, inquit, eſt quod licet concluſio ſubalternatæ nõ ſciatur actu propter quid per ſciẽtiam ſubalternatam, tamẽ ſcitur aptitudine, quia illa concluſio nata eſt ſciri euidẽter à ſuo ſciente, per ſciẽtiam propter quid, & non tantum quia, & propter hoc ſcientia ſubalternata dicitur ſcientia, non quia habens illam, ſciat actu propter quid, ſed quia ſcit aptitudine, & ſic ſcientia ſubalternata dicitur eſſe ex principijs euidentibus.

Solutio. Ad primum 1. Reſpon. Solutio. Mehercule profundiſſimẽ probaſti Faber vanitatem doctrinæ Mariales, audi nũc tu futilitatem tuorum diſcurſuum: dicis primo in Ariſt. non haberi conditionem quam Mariales ponit; Immo replico ego nulla alia expreſſior illa habetur: explicans enim Ariſtot. 1. poſt. lect. 25. apud D. Thom. quæ ſint ſcientiæ ſubalternatę, & ſubordinatæ, dicit eſſe quarum vna ſub alia collocatur, & loquitur de ſciẽtijs formaliter, & de ſubiectione ac dependentia earum in ratione ſcientiæ, ideſt quoad euidentiam, quæ eſt formalitas ſcientiæ (vt tu ipſe contendis) ſermones enim philoſophorum debẽt eſſe formales, de qua ſubiectione formali lege Marialem Contr. 18. not. 3. cap. 1. euidentia autem ſcientiæ oritur ex principijs (vt tu ipſe doces) ergo dicendo Ariſto. ſcientiarum ſubalternationem conſiſtere in eo, quod vna ponatur ſub altera, vult ſubalternationẽ eſſentialiter cõſiſtere, in eo, quod principia ſubalternatæ ſuam euidentiã accipiant à ſcientia ſubalternante, proinde quod in ſeipſis euidentia nõ ſint (quod enim de ſe euidens eſt, ab alio notificari non eget) quid dicis Faber, videtur ne tibi adhuc in Ariſto. haberi expreſſum id quod Mariales docet? & cum ſubiungis in Ariſt. haberi quidẽ ſcientiam ſubalternantem facere ſcire propter quid, ſubalternatam autẽ facere ſcire, quia de concluſionibus, ſed hinc nõ haberi principia ſubalternatę debere eſſe de ſe ineuidentia, imò vult habere euidentiam maximam, quia facit ſcire, quia eſt, ſcire autẽ quia de aliqua propoſitione eſt, ſcire à poſteriori, & ab effectu, quæ eſt notitia euidens, licet nõ cognoſcatur cauſa? Deus immortalis adduci ne poterat magis diſparata, & incompacta ratio ad inferendum arguentis intẽtum; audi miſer non ex eo, quod Ariſt. docet ſubalternãtem dicere propter quid, & ſubalternatam dicere quia, colligit Mariales

2. Reſpon.

riales principia ſubalternatæ debere eſſe de ſe ineuidentia, vt tu neſcio vnde accepiſti, ſed ex eo, quod dicit ſubalternationem eſſentialiter conſiſtere in eo, quod vna ſciētia in ratione ſciētiæ, & euidentiæ ponitur ſub alia, vt proximè declaratum eſt, ergo arguis ab auctoritate negatiuè, & à pluribus locis, vnde deduci poterat Marialis intentum, ad vnum tantum, quod eſt

3. Reſpon. prohibitū; deinde tuo proprio gladio teipſum iugulas; Dicendo enim Ariſt. ſubalternatam nō habere de ſuis principiis propter quid, ſed tantum quia, ſubalternantem verò habere propter quid, perſpicuè vult principia ſubalternatæ non eſſe de ſe euidentia (euidentia tamen ſciētifica, & à priori de qua ſola hic eſt ſermo) ſubalternatio enim ſecūdum illum eſſentialiter conſiſtet in eo, quod vna ſcientia ponitur ſub alia in ratione ſcientiæ, & euidentiæ, ergo indicat principia ſcientiæ ſubalternatæ de ſe euidentia non eſſe, ex quo per ſubiectionem, & dependentiam ad ſcientiam ſuperiorem, euidentiam ſcientificam accipiunt, euidentia enim quam habent quantum ad quia eſt, eſt euidentia ad ſenſum, & per experientiam, vt niuem eſſe albam, dari motum vulnus circulare eſſe difficile ſanabile, & ſimilia, quæ euidentia ad ſenſum licèt ſit maxima, non tamen eſt ſcientifica, nec à priori, de qua hic diſputatur, ideò non Mariales imperitè Ariſtotelem intellexit, ſed tu Faber fallaciter illum commentaris.

Ad ſecūdū. Cum iterum adiungis repugnare ſcientiæ habere principia de ſe nō euidentia, quia de ratione ſcientiæ in cōmuni eſt habere euidētiam, orientem ex euidentia principiorum: non vides vir ſimplex te tranſire à principiis vt ſic, ad principia per ſe nota, verum eſt ſcientiam exigere euidentiam eis modis, quos Mariales explicat Controu. 1[?]. & 14 & euidētiam ſcientiæ oriri ex principiis, cæterum ex principiis dupliciter oriri poteſt, primo ex principiis notis de ſe, & hoc contingit in ſcientia ſubalternante. Secundo, ex principiis notis non de ſe, ſed per notificationem factam in ſcientia ſuperiori, vel per coniunctionem ad ſcientiam ſuperiorem, & hoc contingit in ſcientia ſubalternata, vt declarat. Mariales vbi ſupra ex D. Tho. & ex alijs, hoc pacto autem habere euidentiam ex principiis nō impedit, imò fundat, quod principia de ſe euidentia non ſint, & ab alio euidentiam accipiant, ideò cum Theologia viatrix ſit ſcientia ſubalternata, vt Mariales probat, bene eſt eſſe ſcientia, & habere nihilominus principia de ſe ineuidentiæ.

Ad tertium. Cum tandem addis ſubalternatām ſcire ſuas concluſiones propter quid non actu, ſed aptitudine, quam ſubtilitatem Mariales non penetrauit. Neſcio quid aliud dicere chare Faber, niſi quod non omnibus datum eſt ire Corinthum, multi currunt, ſed vnus accipit brauium, tu ſortitus es oculum lynceum penetrantem omnia, cur gloriaris? pauperi Mariali qui non accepit, cur improperas? o ventoſa ſenectus, o petulantia inſana, forſam ne tibi videtur inſigne aliquod reſeraſſe? audi vanitatem tui commenti, per ordinem ad concluſiones, ſcientia habet propter quid actu, & non tantum aptitudine, quia ſcire cōcluſiones per ſua principia eſt ſcire illas à priori, quando autem Ariſtot. dicit ſubalternatām habere, quia eſt, & ſubalternātem habere propter quid loquitur in ordine ad principia non in ordine ad concluſiones, & vult dicere, quod quia principia ſcientiæ ſubalternatæ ſunt concluſiones probatæ in ſcientia ſubalternante, ideo ſubalternans de illis habet propter quid, ſubalternata autem non habet propter quid, ſed ſolum, quia per experientiam, & ad ſenſum, vt præ tactum eſt; ideo omnibus ponderatis omnia quæ ſcribis, falſitatis plena ſunt, & probant nihil.

An Theologia Viatrix, Theologię Dei, & beatorum ſimpliciter ſubalternetur & ſit uerò ſcientia?

Fabri obiectio. PRoſequitur Faber: Ex his inquit, ſequitur, quod cum Theologia viatrix non ſit de diuerſo obiecto à Theologia Dei, & beatorum, ſed de eodem, & vna non ſit de concluſionibus, alia de principijs, ſed ambæ ſint abſolutè de eiſdem concluſionibus, & principijs, & conſequenter vna nequeat facere ſcire propter quid, & alia quia; propter quid.n. pertinet ad principia, quia pertinet ad cõcluſiones, & Theologia viatrix non habeat euidentiam, nec ſicut nedum propter quid, ſed neque quia de ſuis concluſionibus, quia viator nequit eſſe comprehenſor pro ſtatu viæ fit, vt Theologia viatrix nõ ſit vere & propriè ſcientia, neque ſcientia ſubalternata.

Solutio. 1. Reſpon. Solutio. Mirum eſt de iſto homine quomodo non erubeſcat hæc ſcribere omnia hæc obiecit in primo ſent. omnibus vberrime ſatisfecit Mariales cõtrou. 18. & deinceps, nunc eadem ſummatim recantat, & ad verſus Marialis ſolutiones cõtra replicat nihil, hiccine eſt Faber apologizandi modus? ad tuum tamen diſcurſum membratim reſpõdeo: primùm nego Theologiam viatricem diuinam, & beatam non eſſe de diuerſo obiecto formali (quæ diuerſitas eſt quam Theologi, & phyloſophi debent attendere) Theologia.n. diuina eſt de Deo ſub lumine diuino per eſſentiam, Theologia beata de Deo ſub lumine diuino participato de ſe claro; Theologia viatrix eſt de Deo ſub lumine diuino participato, abſtrahente à claro, & ab obſcuro, vt placet Caietano, vel exigente claritatem per coniunctionem ad lumen gloriæ vt placet Mariales, ergo ſunt de diuerſis obiectis formalibus contra id quod dicis. lege Marialem controu. 18. c. vltimo ad finem & cõtrou. 19. c. 1. in examine 3. rationis Scoti.

Secundo Nego Theologiam viatricem non eſſe de concluſionibus, & Theologiam diuinam, & beatam de principijs, Theologia.n. viatrix habet pro principijs articulos fidei, & verſatur circa concluſiones ex illis deductas, & deducibiles, qui fidei articuli ſunt concluſiones euidenter cognitæ in Theologia beata, & diuina, ergo lege Marialem controuer. 19. c. 3. in exam. 4. rationis. 2. Reſpon.

Tertio nego Theologiam viatricẽ nequire habere, quia eſt & Theologiã beatam, ac diuinam nequire habere propter quid, Theologia.n. diuina, & beata cernunt euidenter veritatem articulorum fidei, & ſic ſciunt propter quid illorum, Theologia autem viatrix cernit euidẽter credibilitatem eorum ex prodigijs quibus Deus veritas infallibilis eos confirmauit, quæ euidentia de credibilitate æquipollet euidentiæ quoad quia eſt veritatis eorum, vt declarat Mariales contrau. 13. & ita &c. & cum replicatur quod propter quid pertinet ad principia, quia eſt pertinet ad cõcluſiones, nego hoc: iam.n. dictum, & quod quando Ariſt. dicit ſubalternantem dicere propter quid & ſubalternatam habere ſolum quia eſt, loquitur in ordine ad eaſdẽ propoſitiones, quæ.ſ. ſunt concluſiones demonſtratæ in ſcientia ſubalternante, & principia in ſcientia ſubalternata vt communiter docetur ex primo poſter. vbi agitur hac de re, ideo ineptè adducitur pro cauſa non faciẽdi ſcire, quia, & propter quid, quod propter quid pertineat ad principia, & quia pertineat ad concluſiones. 3. Reſpon.

Quarto: Nego Theologiam viatricem non habere tantum euidentiæ, quantum ſat eſt ad rationem veræ ſcientiæ, imperfectæ tamen, habet.n. euidentiam de certitudine ſuorum principiorum, quantum ad quia eſt, ex prodigijs quibus à Deo confirmata ſunt, ſicut ſcientiæ ſubalternatæ naturales habent euidentiam de certitudine ſuorum principiorum quantum 4 Reſpon.

ad

ad quia eſt ex ſenſibus, & ex experientia, pro quo legatur Mariales vbi ſupra vnde &c.

5. Reſpon. Quinto: Nego Theologiam viatricem non habere propter quid de ſuis concluſionibus ſaltim de multis earũ, etenim ſcire cõcluſiones per ſua principia eſt habere propter quid earum, vt cum Paulus probat non implicantiam futuræ reſſurrerionis noſtræ, ex iam pertracta reſurrectione Chriſti, & Theologi probãt in Chriſto eſſe duos intellectus, & duas voluntates quia, ſunt & duæ naturæ, vna diuina, alia humana ergo.

6. Reſpon. Sexto: Nego Theologiam viatricẽ non eſſe aptam habere propter quid de ſuis concluſionibus, eo quod viator nequeat eſſe comprehenſor, oſtenſum .n. eſt nedum aptam eſſe, verum, & de facto habere propter quid de multis concluſionibus, & ad id non eſſe opus comprehenſione Deitatis, ſed ſat eſſe, ſi concluſiones deducantur per bonã, neceſſariam, & euidentem conſequẽtiam ex principijs euidentibus, vel de ſe, (vt contingit in ſcientia ſubalternãte) vel per coniunctionem ad lumen ſuperiuſque illuſtrantur (vt contingit in ſcientia ſubalternata) ideo Theologia viatrix nõ eſt quidem ſcientia ſimpliciter perfecta, eſt tamen ſcientia imperfecta, ſed vera, vt puer eſt verus homo, ſed imperfectus vt Mariales docet cont. 14. & ita, &c.

Vtrum uerum ſit illud enuntiatum Scotiſtarum, ſcientia non pendet per ſe, ut à cauſa, niſi uel ab obiecto, uel à potentia uel à lumine? quomodo ſcientia diſcipuli pendeat à ſcientia Magiſtri, & ſcientia infuſa à ſcientia infundentis?

FVndamentum palmarium Scotiſtarum, quod Theologia Viatrix nõ Subalternetur proprie Theologiæ Dei & Beatorum eſt, quia ſubalternatio eſt dependentia vnius ſcientiæ ab alia, Theologia autem viatrix non pendet à Theologia Dei & Beatorum, quia vna ſcientia non pendet ab alia in ratione cauſæ, Sed hoc pacto pendet ſolum ab intellectu ab obiecto vel à lumine, Accurrit Mariales tribus gloſſis, quas ſingulas Faber, labefactare nititur, referam ſingulas cum Fabri inſtantijs, & ſingulis ſatisfaciam. Prima gloſa eſt huiuſmodi, falſum eſt abſolute illud aſſumptum; ſcientiã nõ pendet vt à cauſa niſi ab obiecto, ab intellectu, vel à lumine; ſcientia. n. infuſa Chriſto Domino, & Angelis erat vera ſcientia, & tamen non pendebat nec ab obiecto, nec à lumine, nec ab intellectu illorum, ſed ab infundente, quod explicatum latè vide apud Mariales cont. 19. cap. 1. in principio; Secunda gloſa eſt Theologiam viatricem pendere effectiuè, & exemplariter à Theologia Dei, & beatorum, nõ quia illa ſit obiectum intellectus, vel lumen, ſed quia niſi Deus, & beatus in ſua Theologia euidenter cernerent principia Theologiæ noſtræ, nequaquam illa nobis communicaſſent, ad modum quo ſcientia diſcipuli per ſe pendet à ſcientia Magiſtri, quia niſi Magiſter talem ſcientiam haberet, nequaquam eam diſcipulo communicaret. Tertia gloſa referretur paulo inferius: Contra has gloſſas inuehit Faber hunc in modum. Duo abſurda inquit; maxima elucent in dictis Mariales, primum eſt, quia facit trãſitum à pẽdentia in cauſalitate a ſcientia, ad pendentiam in cauſalitatem ab agente, nam ſcientia animæ Chriſti, Salomonis, Adæ diſcipuli, &c. non pendet effectiue à ſcientia Dei, vel à ſcientia Magiſtri, niſi quodamodo per accidens, ſed per ſe pendet ab ipſo Dei efficiente, & a Magiſtro docente, ergo ex hoc non habetur, quod Theologia noſtra effectiuè cauſetur à Theologia Dei, & Beatorum, niſi per accidens, quod nõ facit ad rem, pendentia. n. per accidẽs non venit in conſideratione in ſcientijs. Secundum abſurdum eſt quod ſecundum doctrinam Mariales, ſcientia 2. Obiectio. diſci-

1. Fabri obiectio.

diſcipuli ſubalternaretur propriæ ſciẽtię Magiſtri quod tñ eſt ridiculum patet, non ſcientia diſcipuli pendet effectiue à ſcientia Magiſtri ſecũdum Mariales, & ſubalternatio eſſentialiter ſecundum eundem non eſt, niſi dependentia vnius ſcientiæ ab alia.

Solutio. Solutio. Abſcondimini Scote, Varro, Lychete, Tartarete, & ſi qua alia eſtis ſi Scoticæ ſcholæ ſplendidiora lumina, ad noui huius veſtri orbis Fabrilis irradiantis fulgorem, & tu noue Deorum Mulciber, competere pauperi Mariali, ſi inaceſſibiles fulgurantis tui Calami radios, ferre non ſuſtinens cęcutiuit infelix impegitque in illa miſeranda (quæ tu illi nunc [redacted]s) in commoda. Quod ſi compati renuis: audi tuarum Sycomphantiarum facilem diſſolutionem. Prima gloſſa Mariales.

Ad primum 1. Reſpon. Ad Primum infringit illud Scoti axioma (ſcientia non pendet per ſe vt a cauſa, niſi vel ab obiecto, vel ab intellectu, vel à lumine) quod habetur in prologo quæſt. 4. & 5. lateralibus in fine, hoc enuntiatum abſolute inquit Mariales falſum eſt, quia ſcientia infuſa Angelis, & animæ Chriſti à nullo horum per ſe dependet vt à cauſa, ſed ſolum ab infundente; tu autem Faber loco explicãdi, vel tegendi in cautum loquendi modum Scoti, de contegis illum amplius, & dicis Marialẽ tranſire à dependẽtia in cauſalitate à ſcientia, ad dependẽtiam in cauſalitate ab agente, ſecundum quam, ſcientia infuſa, per ſe dependet ab infundente, dic mihi palam Faber non poſt cancellos, retro quos te abſcondis. hoc Scoti enunciatum (ſcientia non pendet per ſe vt à cauſa niſi vel ab obiecto, vel ab intellectu, vel a lumine) eſt ne verum abſolute an non? ſi non, ergo falſo abſolutè illud enunciat tuus Pręceptor, ſi ſic ergo falſo dicis tu, ſciẽtiam infuſam per ſe pẽdere ab infundente, infundens. n. non eſt nec obiectum, nec lumen nec intellectus, Scotus autem dicit ſcientiam per ſe non pendere niſi, vel ab obiecto, vel ab intellectu, vel à lumine, vbi per illam excluſiuã (niſi) explodit Scotus dependentiam ſcientiæ, à quacumque alia cauſa à tribus enumeratis, Mariales ergo in ſua prima gloſa non intendit niſi oſtendere illud Scoti enuntiatum nõ eſſe verum abſolute vt profertur, quod ſi tu nunc illud reſtringis, & [redacted] explicas trahis illud ad bonum ſenſum, cæterum non euadis, quo minus Mariales illud abſolute prolatum non recte impugnauerit, Adde quod Mariales non dicit abſolute ſcientiam diſcipuli per ſe pẽdere à ſcientia Magiſtri effectiuè, & ſcientiam infuſam à ſcientia infundentis, ſed addit illam particulam pendet effectiuè (exemplariter) exemplar enim reducitur ad genus cauſæ efficientis, & ad genus cauſæ formalis extrinſecè, quod dictum vſque adeo verum eſt vt D. Thom. 2. 2. quæſt. 171. art. 6. aſſerat eandem eſſe veritatem cognitionis in diſcipulo, & in Magiſtro, quia cognitio diſcipuli eſt ſimilitudo cognitionis Magiſtri, ſicut in naturalibus forma geniti, eſt ſimilitudo formæ generantis propter quod D. Hieronymus dicebat, prophetiam eſſe ſignum Diuinæ præſcientię, palam autem eſt exemplatum, ab exẽplari, & formam gentia forma generãtis nõ per accidẽs, ſed per ſe pendere, ergo falsò dicis Faber ſcientiam diſcipuli, & ſciẽtiam infuſam per accidẽs, non per ſe pendere à ſcientia infundẽtis, & Magiſtri, & ęquiuocas, vt ſoles ſæpe à cauſalitate exẽplari, & formali, ad cauſalitatem effectiuam, vt relatum eſt. 1. Reſpon. D. Thom. D. Hieron.

Ad ſecundũ Ad ſecundum abſurdũ, conſequentia illata ſatis futilis eſt, & probatio adhuc futilior, non enim qualiſcunq; dependentia vnius ſciẽtiæ ab alia ſubalternationem ſimpliciter fundat, vt arguẽs accepit, ſed dependenti à quoad euidentiam, & dependentia effectiua, ac directa, non autẽ dependentia exẽplaris, & quaſi indirecta, & rurſus dependentia ex propria ſpecie (quã vna ſcien-

ſciētia habet ad alias nec ſubalternationem fundat, non dependentia quā habet ex ratione ſua indiuiduali hic, & nunc, modo ſcientia diſcipuli non pendet ex propria ſpecie à ſciētia Magiſtri, illæ enim ambæ ſunt eiuſdem ſpeciei, vt conſtat, & neutra de ſe habet, quod pendeat ab alia, & ſi pēdet hoc eſt per accidens, quatenus hic & nunc hæc oritur ab illa, ſicut forma geniti à forma generātis ideò, &c. Et deinde vera ſubalternatio non exercetur niſi inter ſcientias diuerſæ ſpeciei ſecundum Scotiſtas ipſos; Itē ſciētia diſcipuli cauſatur, & exemplatur à ſcientia Magiſtri, vt proximè ex D. Th. relatum eſt, non autem effectiue, eo modo quo ſubalternata cauſatur à ſubalternante, quia accipit ſua principia à ſubalternante, vt explicat Scotus in 3. diſt. 24. q. 1. lit. I, vnde Geometria non eſt exemplar perſpectiuæ; quæ illi ſubalternatur, ſed fons vnde originaliter emanat, & demum ſcientia diſcipuli non trahit ſuam euidentiam à ſciētia Magiſtri, ſed ex principijs proprijs, Magiſtro miniſterialiter nō principaliter talia principia notificante, ſunt enim eiuſdem ſpeciei, vt prętactū eſt, proinde ex natura ſua æque euidētes, vel ineuidentes, ſciētia autem ſubalternata accipit ſuam euidentiam à ſcientia ſubalternante, quia eius principia de ſe ineuidentia ſunt, & per ſciētiam ſubalternantem fiunt euidentia loquendo de euidentia ſcientifica, & à priori, de qua hic eſt ſermo. Ideò ineruditè infers Faber, quod ſecundum doctrinam Mariales ſcientia diſcipuli ſimpliciter ſubalternaretur, ſcientiæ Magiſtri.

2. Reſpōſio.

An Theologia Viatrix illuſtrari poſſit per reuerberationem luminis gloriæ ſuper illam.

TErtia gloſſa quā Mariales adhibet illis Scoti enunciato (ſcientia non pendet per ſe vt à cauſa niſi vel ab obiecto, vel ab intellectu, vel à lumine) eſt huiuſmodi, dici poteſt inquit Theologiam viatricem pēdere à Theologia Dei, & beatorum, vt à lumine, non in hoc ſenſu, quod illa ſit, vel lumen, vel intellectus viatoris, vel quod viatrix manens viatrix, ab illa actu illuſtretur, & accipiat euidentiam ſuorum principiorum, id enim eſt implicatorium, vt patet, ſed ita quod nec ipſa nec eius principia apta ſunt habere euidentiam, niſi coniungantur lumini Theologiæ Dei, & Beatorum ad modum quo principia perſpectiuæ apta non ſunt euidenter cognoſci à priori, niſi lumini ſubalternantis Geometriæ coniungatur: Contra hanc gloſſam tandem euomit Faber ſuum [illegible]

Ita in hac gloſſa, inquit, adhuc magis oſtendit Mariales ſuam inſipientiam, nam licet verum ſit, quod Theologia viatorum materialiter (vt ita dicam) conſiderata quoad propoſitiones quas credit, poſſit pro alio ſtatu in patria ex lumine claro viſionis Dei, habere euidentiam, non tamen ſequitur Theologiam viatorum, quam pro hoc ſtatu habemus, mediante reuelatione diuina, habere illuſtrationem, & euidentiam à Theologia Dei, & ab illo lumine claro, & illi coniungi, vel eſſe natam coniungi, quia implicat cōtradictionē, vt Mariales fatetur, quia non eſſet amplius Theologia viatrix, & obſcura cognitio, nos autē & Theologi diſputamus de Theologia viatorum pro formali, ſcilicet de illa cognitione quam pro hoc ſtatu viæ habemus, vt eſt huius viæ, & non vt erit in patria, ideo gloſſa Mariales vana eſt, & modus ſubalternationis, Theologię noſtræ

1. Fabri obiectio.

2. Obiectio. noſtræ ad Theologiam Dei eſt volun tarius, & ſine fundamento. Secundo Mariales profitetur ſe loqui de ſubalternatione ſecundum canones Ariſt. at dependentia Theologiæ viatricis à Theologia beata, & diuina, vt explicatur à Mariales plus diſtat à dependentia ſcientiæ ſubalternatę à ſubalternãte, quam cęlum, à terra, ſcientia. n. ſubalternata, nõ pendet in ſua euidẽtia omnino à ſubalternante, ſed ex ſe habet maximam euidentiam, quia ſcit de ſuis concluſionibus, quia eſt. Theologia autem non ſcit de ſuis concluſionibus, quia eſt, ſed habet ſolum fidem de eis ergo.

3. Obiectio Tertio ſcientia ſubalternata, dum coniungitur ſubalternãti, & per illam cognoſcit propter quid de ſuis concluſionibus, nõ amittit ſuum eſſe formale ſcientiæ ſubalternatę, nec mutat cognitionem, quam habet de ſuis concluſionibus, quæ eſt cognitio, quia eſt, ſed eam retinet, & addit cognitionem propter quid, at cũ Theologia noſtra coniungitur lumini Theologiæ Dei, & beatorum, amittit ſuum eſſe formale quod nunc habet, & manat ſolũ ſecũdum eſſe materiale. i. quoad propoſitiones Theologicas, quæ ex cognitione obſcura, & in euidenti trãſeunt ad cognitionẽ clarã, & euidentem, ergo.

4. Obiectio. Vltimo lumẽ ſciẽtiæ ſubalternatę, & ſubalternãtis, non ſunt diuerſa lumina ſed idem, quia iſtæ ſcientiæ ab Ariſt. appellantur cognatæ, vnde medium vnius in ſeruit alteri, & ideo dicebat Ariſt. in his ſciẽtijs poſſe fieri trãſitum de genere in genus, at lumen Theologię Dei, & beatorũ, & lumẽ fidei ſunt diuerſa lumina vt cõſtat ergo.

Solutio. Solutio: Et adhuc exterritia Thomiſtarum agmina impetũ ferris? ad terrificoſque huius noui Martis ſtridores tergа non vertitis? contra amicos Faber tot tela? tot iacula? ſi in amicos deſeruis in inimicos quid facies? quorſum tot verba ad epheſios? tot ab re, & contra neminem elaborati diſcurſus? qui deſiderat videre omnia diſcibilia circa remanſionem Theologię Viatricis in Patria legat Mariales cõt. 20. & deinceps, vbi inueniet diſiectas omnes chimeras quas Faber chimerizari valuit.

Ad primũ. Ad Primum dico quod ſicut eadẽ natura humana migrat, à ſtatu pueritiæ ad ſtatum virilitatis, ita idem habitus Theologicus hic acquiſitus migrat à ſtatu imperfecto innaturali, & accidentario viæ, ad ſtatum perfectũ connaturalem, & per ſe ex poſtulatũ patriæ, depoſitis tamẽ imperfectionibus viæ, ſicut depoſitis imperfectionibus pueritiæ tranſit humanitas ad virilitatis ſtatum, & ſic nedum ſpecies intelligibiles rerum Theologalium hic acquiſitæ (vt Faber ſomniat) ſed & habitus ipſe Theologicus (qui à ſpeciebus intelligibilibus, & à rebus ipſis Theologalibus in bona metaphiſica realiter diſtinguitur) remanet in patria ineuidentia. n. & aliæ imperfectiones uiæ nõ ſunt de intrinſeca ratione ſpecifica Theologię viatricis ſed de ratione eius indiuiduali, vt eſt hic, & nunc procul à Theologia ſubalternante, cui ex ſua natura poſtulat copulari, veluti & imperfectiones pueritiæ non ſunt de intrinſeca ratione ſpecifica naturæ humanę, ſed de ratione eius indiuiduali ut eſt hic, & nunc in pueritię ſtatum, ideo bene poteſt Theologia viatrix deputari ab imperfectionibus quibus hic miſcetur, & ſic depurata ad patriam commigrare veluti, & humanitas depurata ab imperfectionibus pueritiæ, migrat ad virilitatis ſtatum, & quãdo diſputatur an Theologia viatrix remaneat in patria, non intelligitur an durans uiatrix, & cum imperfectionibus viæ (ſub hac reduplicatione) in patria remaneat hoc .n. implicat in terminis, ſed intelligitur, an Theologia viatrix ſecundum ſuam rationem formalem ſpecificam accepta, repugnantiam habeat ad manẽdum in patria. Faber autem deturpãs nedum ſiniſtre interpetrans omnia, vult quod quæratur an Theologia via

tiæ durans formaliter viatrix, remaneat in patria, quo nihil ſtultius quæri poteſt, veluti ſi quæreretur, an mobile manens ſub motu, cum hac reduplicatione poſſit quieſcere in termino, & natura humana manens ſub pueritia, cum hac reduplicatione, ad virilitatem migrare poſſit, vnde &c.

Ad ſecundū. Ad ſecundum nego minorem, cuius probatio vana pęnitus eſt, æquiuocat enim ab euidentia ſcientifica (ſecundum quam ſcientia ſubalternata totaliter pendet à ſcientia ſubalternante) ad euidentiam ſenſitiuam, & per experientiam qua principia ſcientiæ ſubalternatę naturales cognoſcūtur, vt Mariales declarat Controu. 13. vt paulò ſuperius relatū eſt; Itē falsò dicitur ſcientiam ſubalternatam habere quia eſt de ſuis concluſionibus, habet enim quia eſt de ſuis principiis, de concluſionibus autē, quas ex principiis deducit, habet propter quid (ineuidenter tamen, vt ſupra) & demùm falsò dicitur Theologiam viatricem de ſuis cōcluſionibus nō habere niſi fidem, fidem enim habet de ſuis principiis, at de concluſionibus habet veram ſcientiam, ſed imperfectam, vt declaratum eſt.

(Marginal notes: 1. Reſpon. — 2. Reſpon. — 3. Reſpon.)

Ad tertium. Ad tertium perſiſtit Faber in ſuo errore: ſcientia enim ſubalternata per vnionem ad ſubalternantem nō acquirit propter quid ſuarum concluſionum, ſed propter quid ſuorū principiorum, vt ſæpius dictum eſt, & euidentiam quam non habebat procul ab illa (loquendo de euidentia ſcientifica vt ſupra) & remanet ſubalterna quoad ſuum eſſe formale ſpecificū, non quoad eſſe indiuiduale, imò trāſit ab eſſe ineuidenti ad eſſe euidens ſcientificè vt ſupra, & perſiſtit in cognitione propter quid ſuarum cōcluſionum, quam habebat antequā ſubalternanti coniungeretur, & non illam de nouo acquirit, vt Faber fabulatur, quæ ſingula explicata, & probata habentur apud Mariales ideo pertrāſeo.

(Marginal note: 1. Reſpon.)

2. Reſpon. Cum adiungitur quod Theologia viatrix vnita Theologiæ viatorū amittit eſſe formale, quod nunc habet, diſtinguo ſi loquaris de Theologia quo ad ſuum eſſe formale ſpecificum, nego Antecedens, ſi quoad eſſe formale indiuiduale eo modo quo potentialitas materiæ formalitas dici ſolet, concedo antecedens, ſed hinc nihil habetur, ſicut enim eſſet fatua hæc conſequentia; de ratione formali pueri, eſt imperfectio pueritiæ incompoſſibilis virilitati, ergo natura humana, quæ eſt in puero migrare nequit ad virilitatem, fieret enim tranſitus ab eſſe indiuiduali accidentali ad eſſe ſpecificū, & eſſentiale humanitatis, ſed eſſet diſtinguendum ita: migrare non poteſt retenta pueritia, bene verò ea dimiſſa, quo pacto eadem humanitas numero numeroſitate entitatiua metaphiſica, & ſubſtantiali, non autem eadem numero numeroſitate accidentali indiuiduali migrat de pueritia ad virilitatē; ita fatua eſt, hæc conſequentia, de ratione Theologiæ viatricis, eſt eſſe ineuidens cum alijs imperfectionibus incompoſſibilibus patriæ; ergo migrare nequit ad patriam, ſed diſtinguendū eſt, vt ſupra, migrare non poteſt retēta ineuidentia, & alijs imperfectionibus ad eſſe eius indiuiduale accidentale pertinentibus, bene verò eis dimiſſis, & tunc manens eadem numero Theologia, numeroſitate entitatiua, metaphiſica, & ſubſtātiali, migrat ad patriam, iuxta illud D. Hieronymi, diſcamus in terris, quorū ſcientia perſeueret in cęlis, non autē manens eadem numero, numeroſitate accidentali indiuiduali: Faber autem in Theologia viatrice non aliam formalitatē agnoſcens, quam eſſe viatricem (quod tamen ſolum ad eſſe eius indiuiduale accidentale pertinet) poſt habita formalitate ſpecifica, & eſſentiali, quæ ſecundum veros Theologos, & philoſophos ob oculos habenda eſt, ex incompoſſibilitate viæ ad patriā, arguit abſolutè impoſſibilitatem māſionis Theologiæ noſtræ in patria, quod quam friuolum

(Marginal note: D. Hieron.)

uolum ſit ex dictis ſatis conſtat.

Ad primum Ad vltimum pudet reſpondere: ſciẽtia enim ſubalternata, & ſubalternãs

1. Reſpon. ſunt diuerſæ ſpeciei ſecundum Scotiſtas ipſos; ſubalternans procedit ex principiis notis ex terminis, ſubalternata ex principiis notis non ex terminis, ſed per notificationem factam in ſcientia ſuperiori, ergo implicat earũ lumina non eſſe diuerſæ ſpeciei; &

2. Reſpon. quando Ariſtot. dicit ſcientiam, ſubalternantem, & ſubalternatam eſſe cognatas & in eis poſſe fieri deſcenſum de genere in genus, indicat contra Fabrum illas non eſſe ſcientias, eiuſdem luminis, idem enim lumen eadem videre facit, lumen autem ſcientiæ ſubalternantis facit videre propter quid, lumen ſcientiæ ſubalternatæ facit videre ſolum quia eſt de principijs, vel de concluſionibus, vt Faber cõtendit, ergo contra Fabrum eſt totum, quod ex Ariſt. pro ſe adducit & ſicut primę

3. Reſpon. dignitates omnibus ſcientijs deſeruiunt, & tamen inde inferri nequit omnium ſcientiarum eſſe idem lumẽ, ita ex eo quod idem medium ſeruire poteſt, ſcientię ſubalternanti, & ſubalternatæ inferri nequit (vt à Fabro fit) vtriuſque eſſe idem lumen, & ita doctrina Mariales de ſubalternatione vera & fundata eſt, & obiecta Fabri inania, & abſque fundamento.

Auctor ad Lectorem:

HIC finem ſcribendi facit noſter oppoſitor, ſcriptionem obſignans contumelijs, & conuitijs in Patrem Mariales, nimirum vt dicteria, quæ latratibus inchoauerat, & morſibus proſecutus fuerat, dilaniationibus terminaret. Hic finem reſpondendi facio & ego, obteſtans ſi aliquod verbuſculum è calamo mihi excidit, quod non omnibus placeat, non contra Fabrum (quem veneror & diligo) ſed contra eius maleum, incudinem, aliaque officinæ inſtrumenta, atque contra obtuſas eius doctrinas, quas reieci, dictum accipiatur; neque enim fieri potuit, vt in duriſſimam eius Apologiam ſic animaduerterem, vt aliquando non luſerim, aut aliquid acrius dixerim, maximè vrgente illo Prouerbiorum 27. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur, quomodo enim nix in æſtate, & pluuiæ in meſſe, ſic indecens eſt ſtulto gloria. Interim ex leuitate eorum, quæ Faber contra priores 19. Controuerſias P. Mariales obiecit, ex contradictionibus plurimis, quæ in eius dictis extant, ex correctione eorum, quæ in Quatuor Libris Sententiarum docuerat, ex propoſitionibus maleolentibus, ne dicam erroneis, quas in ſua Apologia interſeruit (quæ ſingula in decurſu meæ ſcriptionis ſatis, vt credo probaui) diſce lector qualia futura ſint, quæ in reliquum Controuerſiarum Mariales obijciat (ſi tamen obijciet.) Scio meum Præceptorem Mariales ægrè laturum, me auſum fuiſſe ſcribere in patrocinium operum illius quaſi illa ſibimet non ſufficerent, & inſtar ſilicis fortius attrita altius, latiuſque non exfauillarent, imo irradiarent. At ignoſcat, ſcripſi enim ſolum pro his, qui Controuerſias illius ad manus non habent, & vt initio conteſtatus ſum, attuli nihil, quod ex illo mutuatus non fuerim: Si ille meo labore non indigebat mea in illum deuotio, reuerentia & obligatio omnibus patefacienda, ille etiam atque etiam indigebat.

FINIS.

Digitized by Google

6-4

Google

BIBLIOTECA